riores e regione Soli diametrantur: uelu-
ti in coniunctione. erunt enim tres supe-
riores in culmine cœli & Sol in imo: &
Luna tum interuenit. possunt quoq; Ve-
nus & Mercurius inter Solem & Lunam
cadere etiam in coniunctione: qua ratio-
ne & tres superiores etiam deliquescēt in-
ter uentu Lunę: & Luna etiam interuentu
duorum inferiorū. Tertio & ultimo quorū
cum ceterę stellę e Sole lumen recipiant
in luminis receptione laminationes ipsę
differentes non sunt: uti illę Lunę: qui-
bus interdum plena interdum semiplena
interdum cornuta spectatur. Sentiunt qui-
dam qđ duo inferiores lumine Solem nō
priuant: tum qđ uenus & Mercurius nimis
peruie stellę sunt: qua ratōe Solis lumen
non abnegant: secus Luna est que minus
nigricat. tum secundo qđ Luna nimis no-
bis finitima est. duę illę stellę plurimū di-
stant: ut perspectiui tradūt: quoties enim
nigricans oculis ipsis propius fuerit: tum
magis priuat. tum Tertio qđ illę respectu
Solis sunt nimis parue: qua ratōe tradūt
superiores ab inferioribus uunq̄ condi-
nac interuentu Lunę nec interuentu cete-
rarum. tum qđ supiores nimis remotę sunt
tum qđ inferiores peruie: tum qđ Luna ni-
mis distat. qđ aliqui non ignari uelint cę-
teras superiores ab inferioribus condi-
nac etiam a Luna: uerum quia (ut diximus)
parua est luminis in eis defectio ppter
insensilis fere existit. qua ratione fit ut in
luminis differentia non euariant: quādo-
quidem nunq̄ totali lumine carent: uelu-
ti Luna ipsa: uel hoc ideo est: qđ solare lu-
men sibi imbibunt ex omni parte: qua ra-
tione Luna ipsa non recipit: cū sibi lumē
nō undiq; imbibat: hæc raprim satis: nā
uberi⁹ pspectiui scribūt. Tradūt et qnq;
stellis & luminibus ipsis cōes esse: diariū
& peculiare: motus. diarius qđ e is motus
est: quo ab ortu in occasum stellę & lumi-
na mouentur. at peculiatis is quo contra

LIBER

ab occasu meant in ortum. Verum non ratione una docet. n. obseruatio Saturni xxx. annis iouem. xii. Martem duobus: Solem diebus. ccclxv. horis. vi; Venerem & Mercurium fere similiter orbes suos peragere. Rursum peculiarem motum fecant: quoniam alium uocant equalem siue medium: alium uerum. ut uero res hec pateat animaduersione dignum Mathematicos duas e centro mundi trahere lineas: aliam quidem per centrum ut uerbi causa corporis solaris ad Zodiacum usque: quod per hanc & uerus stelle motus & uerus locus diuidicantur: aliam non per centrum terre ad Zodiacum usque trahunt: sed correspondenter cuidam alteti protrahunt e centro eccentrici per centrum stelle. unde pro descriptione horum motuum tres statuuntur e Mathematicis ipsis lineis. aliam quidem constituunt e centro eccentrici per centrum stelle: quam nec mediis nec ueri motus lineam esse aiunt: cum e centro trahatur extra centrum nostrum constituto: qua ratione fit ut ipsa inaequaliter moueatur quandoquidem duas inaequales Zodiaci portiones equalibus temporibus peragret: ut in libro magne constructionis declaratum est: modo linea mediis motus debet esse equalis motus: quandoquidem mediis & equalis motus idem sit. Alia e centro mundi non per centrum stelle sed huic correspondenter usque in Zodiacum protrahunt: hanc mediis motus uocant: quod regulariter mouetur secundum subcedentiam. Alia e centro mundi per centrum stelle usque in Zodiacum: quam per ueri motus nuncupant. hec quidem irregulariter mouetur: tam in Zodiaco quam circa centrum mundi: quia obseruatio docet hanc in centro mundi inaequales angulos describere: & in Zodiaco inaequales arcus. tunc mediis motus is ille est: qui terminatur in punctum lineae mediis motus. ille enim punctus locus est mediis motus. Motus autem qui terminatur in lineae punctum ueri motus: uerus est motus. hunc querimus: quia hec linea per centrum est planete: cuius locum querimus. sed quoniam omnes planete irregulariter mouentur siue inaequaliter: motum equalem & regularem fingere oportet: quo me-

diante uerus planeta locus ueris motus inaequalis habeatur: quandoquidem omne inaequale per equale colligitur: sicut obliquum per rectum. hinc fuit necessarium motum fingere equalem illius lineae: quo mediante uerus inuenitur. quia quidem uniformis est: equalis appellatur: quia uero media te illo uerus colligitur: medius dicitur. sunt autem motus hi bis in anno unus: ut quando in apice & imo est stella. unde quanto stella apici uel eius contrario propior fuerit: tanto inter hos motus differentia siue intercapedo minor erit. nam maxima est quoties ad longitudines medias peruenit stella. hanc intercapedinem in suppositionum regulis aequatione non irrationabiliter nuncupant: quandoquidem hac uel addita uel dempra uerus exurgit motus. Motus igitur mediis & uerus in anno bis aequatur ut in apice illiusque contrario. in ceteris inaequales sunt: quia in una coeli in medietate mediis motus maior est uero: in alia contra uerus maior est medio. in coeli quidem enim medietate quae ab apice incipit per spatium minus sex signis: motus mediis maior est. in altera uero: minor. Qua quidem ratione moueantur stellae gemino motu patet modo. Tradunt etiam omnes stellas & lumina oblique meare: quod inepte declinare uocant: nam ad septentrionem stella assurgit: ad austrum declinat: propterea melius oblique meare est ab aequidario circulo interdum secedere: omnes igitur stellae oblique meant: quia omnes per Zodiacum decurrunt: modo Zodiacus ab aequidario circulo secedit: quia uertices a uerticibus deficiunt. est quidem aequidarius circulus siue aequinoctius is ille quem Sol describit quoties uniuersae terrae aequinoctium est: motu uidelicet firmamenti. Zodiacus uero (quem proprio ac peculiari motu diebus. ccclxv. & horis vi. Sol ipse definit). xii: quidem partium latus est. ccclx. longus: partium quidem. xii. latus: quia sex partium est stella ab ecliptica deuiatio ad austrum: totidem ad septentrionem. igitur rota illius latitudo erit xii partium. uia igitur solis quae Zodiacum diuidit duas in medietates sexipartias: ecliptica siue est defectiua est: eo quia in ea luminaria con-

stituitur: quoties eclipsis est. Post hæc dicamus de tarditate & celeritate. Oēs igitur quinque stellæ & lumina tarde interdum: ac interdum celeriter decurrunt. Tunc quidem auctore Ptolemæo celeres sunt: cum uerus motus maior suo medio fuerit. Tunc tardi: cum minor. Igitur tunc æquales: cum quædam. Ut uero res hæc aliquantulum pateat: qui sint mediis motus omnium secundum Ptolemæi supputatōem: adiiciamus. Solis igitur Veneris & Mercurii medius motus in die est minorum.lix. Igitur in hora minorum duorum: cum fere dimidio. Lunæ uero in die partium. xiii. minorum. x. ac in hora minorum circiter: xxxii. Saturni in die minorum. ii. in hora secundorum circiter. v. Martis in die minorum. xxxi. Igitur in hora unius minuti & partibus plus: quæ ratio docet quod si motus solis unius diei uerus sit maior quam .lix. erit Sol cursu celer. si minor: tardus. si equalis: equalis. idem in ceteris. unde uero omnes sint tardi & celeres: diximus. quia uia etiam sit ut omnes aucti sint interdum numero: interdum minuti numero: interdum æquales numero. autem quidem: quando ea differentia quæ uariationem uocant superadditur supra medium motum. est enim tunc addere equum quæ est numerus graduum siue partium motus: quare si auctus numero est: oportet uelocem esse: non autem e contra. minuti uero: quando ea differentia minuitur. quæ ratio docet ipsum esse tardum & non e contra. quare bis in anno equati numero ut in auge & opposito augis. hæc sunt communia omnibus stellis quinque & luminibus. Nunc speciatim de propriis adiiciamus. & primo quod omnes deuiant propter solem. Sol enim semper per Zodiacum & centrum Solis per eclipticam decurrat: ita ut nec in austrum nec in septentrionem magis deuiare comptum est. ceteri quinque ab ecliptica deuiant: nunc in austrum declinantes: nunc in septentrionem assurgentes. similiter quoque Luna. Verum hæc deuiatio: quam latitudinem uocant: in his sex non est una ratio. nam quinque erraticæ stellæ dupliciter deuiant: uno quidem modo e parte supercilii siue circelli siue epicycli: qui ab eccentrico: a quo defertur: deuiat reperitur. alio uero e parte eccentrici:

qui e uia Solis et recedit. Luna uero & e parte eccentrici & e parte epicycli. e uia Solis semper eodem modo deuiat: quando quidem eccentricus uniformiter e uia Solis semper deuiat uniformiter. epicyclus eius in superficie eccentrici semper sit. quare unam tantum habet Luna deuiationem siue latitudinem. quinque uero habent duas. Quanta tamen sit maxima deuiatio: & quo modo adhuc in quinque sit differentia non parua: nunc omitto: hæc enim eruditorie dicuntur. Quare ratione sit ut hæc sex draconem habeant: quando quidem eccentrici omnium præter solem e uia Solis deuiant nunc in austrum nunc in septentrionem. talis utique sectio draconis nuncupatur græce: chaldaice gensaat: cuius caput is ille punctus est: e quo planeta assurgere incipit in septentrionem: dictum caput quidem: quia tunc planeta ascendere incipit. punctus uero ei diameter cauda: quia tunc declinare incipit in austrum: quod cum sit descendere rationabiliter cauda appellatur. tota uero figura ex utrisque sectionibus constituta: draconis dicitur propter similitudinem quam refert draconis qui & capite & cauda paruus est: medio latus. uerum non una ratione in illis mouentur: nam Lunæ quidem draconis contra successione signorum fertur: ceteri dracones signorum ordine immobiles sunt. sunt qui etiam aliam afferunt differentiam: quod draco Lunæ uires habet stellarum: caput quidem beneficas: cauda maleficas: ac ceteri dracones nullas habent potestates. mouentur autem argumento quod draco Lunæ a luminibus quæ ibidem deficiunt afficitur: quæ affectio manet sempiterna. ac ceteræ stellæ cum modicæ sint: & imbecillæ: uires locis non præbent tantas. Sed parte horum nullibi Ptolemæus draconi uires præbuit stellarum nec beneficas nec maleficas: quinque stellæ constitutæ in illis uires habeant interdum pollentes non a uirtute impressa: sed a situ ut capite de morbis docet Ptolemæus: propter quod in apotelesmatibus non obseruat nisi per accidens ueluti cardines & cetera: loca pollentia. hæc de deuiatione. Vterius omnes prægressi sunt & repedant: geminæque statione stant: præter Solem & Lunam. Sol quidem non:

LIBER

quia superciliū non habet quo feratur cōtra subcedentiā secundū alretam partiū. Lūa uero licet epiciclū habeat cuius pars superior contra subcedentiā: inferior secundum subcedentiā meatur: tamen quia epiciclus est orbillus adeo paruus: ut arcus contra subcedentiā nō describat: ideo nō repedit Luna: licet sit uelox uel tarda. ceteri uero cū sunt in superiori parte epicicli p̄grediuntur: quia ea pars ad partē signorum uersus ortū fertur cū in inferiori: contra repedant: quia ea pars ad signorum cōtrarium uersus occasum meatur. Stāt quoq; in punctis mediis inter culmen epicicli & imum. tunc enim nec p̄gredi nec repedare uident: sed ueluti stātes: Luna uero non stat: quia cum non ipsa repedit: nō uidetur mediare inter p̄gressum & repedationem. st̄ aruūt uero (ut Alphagranus est autor) Lunam orbillum suū peragere diebus. xxvi. horis. xiii. minutis circiter. xx. Mercuriū mēsis tribus & diebus circiter. xvi. Venerē mēsis. vii. diebus circiter. xxix. Martē annis duobus: mēse uno & diebus circiter. viii. Ionē uno anno: uno quoq; mēse: diebus circiter. xx. Saturnū in anno diebus circiter. xiii. repedit autē Saturnus e longitudine breuiori siue ab imo usq; ad partes. lxxvi. inde p̄greditur. Iuppiter. lv. inde dirigitur mars. xxii. Venus. xiii. Mercurius. xxxi. hęc de iis satis. Et de sullimatione & deiectione transigamus. Solet itaq; & stella erraticā & lumen sullimari: non tamen una ratōe: quoties enim medius motus trium superiorū fuerit maior uero motu: tunc deici descendereq; incipit ad partē epicicli inferiorē: nā tūc repedit recipit: quoties cōtra: uer⁹ motus ē maior medio: tunc sullimari ascēdereq; inchoat: quia tunc p̄gredi etiam incipit. quando uero ambo fuerint equales: tunc stant stelle in punctis mediis inter culmen epicicli & imum: hoc est in punctis stariis collocantur. Quantitas uero ascensus & descensus ita colligit: ut minorem de maiori minuas: & quod residuum erit ducas in septem: ex ductu proueniēs diuide per xxii. & quod ex diuisione euenit: erit quantitas sullimationis uel deiectionis. que rō docet eum planetam super alterum ascen-

dere: cuius quantitas ascensionis est maior uel cuius quantitas est aliqua: alterius nulla. in tribus superioribus sic deprehendit. At in Venere & Mercurio idē colligitur: sed in comparatione ad motū Solis: quādo enim motus Solis est maior motibus illorum duorum tūc descendunt. cōtra uero: ascendunt. quantitas uero eodem modo colligitur. causa patet: quoniā medius cursus Solis est unus illorum omnium. Luna uero ipsa contra ascendit uel descēdit: quandoquidem ipsa in superiori parte epicicli repedit: si repedare dici potest: in inferiori p̄greditur: quare cū uerus Lunę motus sit maior medio: ipsa ascendit. contra descendit. uerum de Sole & Luna hęc raro queruntur. hęc de sullimatione & deiectione. De matutinoe & uesp̄tinoe agamus. planetę itaq; respectu Solis sortuntur posituras: quoties enim ante Solē exoriunt non ultra partes. clxxx. heoi hoc est latine matutini appellantur. quoties uero post Solē non ultra partes. clxxx. hesperii hoc est uesp̄tini. uerū in matutinatione & uesp̄tinatione non una ratōe sunt stelle ipse: nā interdum hypauge gręce: latine absconę: uel subradiatę uel (ut placet aliis) cōbustę: deinde matutine: siue a luce lucanę. deinde acronyche: deinde uesp̄tine. hypauge sunt quando a Solis radiis absconduntur: quod occidit Plinius (& iure) interdum uocat. exoriuntur uero (autore Materno) Saturnus cum e Sole. xv. recesserit partibus: hoc est cū tot partibus p̄cedēs exoritur. Iuppiter. xii. Ven⁹ & Mars viii. Mercurius. xviii. uesp̄tine uero sunt cum isto partium numero Solem fuerint subsequuta: acronyche uero cū tunc exoriunt cū Sol occidit. que rō docet tūc eas Soli e regione diametari. Est tamen differentia quedam ut diximus q̄ tres superiores cū sunt hypaugi siue absconsi sunt in p̄gressu cum Soli e regione secundum cursum medium quadrangulantur: stant prima statōe cum sunt Soli acronychi: tūc in medio repedationis collocantur. cū rursum e regione quadrangulantur: iterū secunda statione stant. Qua ratōe fit ut superiores sint matutini p̄gredientes: matutini stariis: & matutini repedates acronychi uero

nychi uero solū i medio repedatōis, itēq̄ & uesp̄tini & repedātes & statuarii & p̄gre diētes: duo inferiores uidelicet Ven⁹ ipsa & Mer. cū nō possint e Sole multū elōgari: q̄siqdē maxima Veneris elōgatio sit ad p̄tes usq̄. xlviii. Mercurii ad partes usq̄. xviii. bis sub Solis radiis ascōdunt: & hypaugē sūt: ut q̄n in culmine ep̄icicli: & q̄n in imo eiusiē: sūt qdē matutini q̄n separāt e Sole p̄ repedationē usq̄ uidelicet ad maximā corū distātiā: Veneris uidelicet p̄tū xlviii. Mercurii. xxviii. & hoc mō repedāt. hinc ad abscōsionem p̄grediūtur. igit̄ in corū maturationē repedāt usq̄ ad p̄ctū mediū & statuariū: ubi h̄nt e Sole maximā intercapedinē. p̄grediūt̄ hic ad ascōsionē usq̄: hoc est usq̄ quo i ep̄iciclo culmināt. hinc efficiūtur uesp̄tini. ubi duplices sunt u⁹ qdē ad maximā elōgationē: hoc ē usq̄ ad p̄ctum statōis p̄grediuntur. hic ad abscōsionē repedāt. hęc de cōib⁹ quo ad apotelesmata. Aduerte t̄ q̄ multę sūt passi ones cōes q̄q̄ stellis iuariibusq̄: uer̄ nos accipim⁹ eas maxie: q̄ sūt apotelesmaticis utiles. alias āt Ptolemeus declarauit in libro magne cōpositōis: & si de⁹ nobis uitā cōcesserit: faciem⁹ eruditiōes cōes ad illū lib⁹. eget. n. ille liber p̄gambulis multis.

lis ita se habentibus : postq̄ illarū quattuor fluxionum duę quidem sunt effectiuę atq̄ seminarie : calidi uidelicet & humidi: nā propter has efficiūtur cuncta & crescūt: duę uero corruptiuę ac passibiles frigidi uidelicet & sicci: propter q̄s eliduntur cuncta atq̄ dissoluūtur: iure quidem planetarum duos: Iouis uidelicet & Veneris: etiā & Lunā: ueluti beneficos ueteres assumpserunt q̄ temperantes sunt: tū q̄ calido & humido plurimum ualent. Saturni uero & Martis : maleficos : ueluti contrarie naturę effectiuos: hunc quidem nimie frigi-

ditatis causa: illū uero nimie siccitatis. At Solem & Mercuriū propter utriusq̄ naturę participatiōnem: ueluti utraq̄ potētes statuūt. magis tamen ad illos conuersos: cum quibus constituuntur.

Tria ut inq̄t Gręc⁹ sine noie expositor sūt inuicē p̄na: cōplexio p̄as & optio. e cōplexiōe orit̄ p̄as: e p̄ate optio. Egit̄ prius de cōplexiōe ac p̄ate insimul: nūc de opatiōne stellarū tradit: uolēs q̄ cū seia humida sint & calida. corruptoria aut̄ arida atq̄ frigida stellarū: q̄ calidę & humidę sunt: e qdē semiales & b̄nificę extimātur: q̄ uero aridę & frigidę: corruptrices atq̄ maleficę. Erūt igit̄ tres b̄nificę: Lūa: Ven⁹: Iuppiter: q̄ gręce agathopię appellātur. corruptrices Saturn⁹ & Mars: q̄ cacopię gręce dicunt̄. ille qdē stelle b̄nificę: tū q̄ tēperates sunt: tū q̄ calore & humof plurimū ualēt. hęc maleficę cōtariā ob naturā. Sol uero & Mercuri⁹ cōem h̄ntes cōplexionē: calidi & frigidi: hūidi & sicci: b̄nifici & malefici sunt. Sol qdē q̄ aliqui nobis p̄pigor calefacit: aliqui distātor refrigerat. si h̄t b̄nificat & exiccat. Mercuri⁹ uero q̄ āphiristi est generis: atq̄ promiscuę naturę: itemq̄ quia naturam sibi beunt eorum cum quibus cōfigurant̄: nam cum b̄nificis cōstituti: b̄nifici sunt: cū maleficis: malefici. Porphyrius adiicit Solē b̄nificum esse: q̄n b̄nifico aspectu cōfiguratur. maleficiū uero: quū maleficis cōfiguratiōib⁹ cōstituitur. Quantū uero ad gręca uerba attinet: chymata latie sunt fluxiōes siue latitudies. un̄ (ut Gręcus sine noie inq̄t) fluxiōes q̄ gręce chymata nūcupāt uocauit elta: q̄ ex eis cūcta effundunt̄. itaq̄ p̄ fluxiōes q̄litates accipit elemētarias. Arabes Pto. interp̄tes cām horū ex Sole ipso un̄ assignat̄: Solē. n. i primis statuūt principē quo & cūcta crescūt & cūcta generāt̄. quo sit ut Venus et Luna b̄nificę sint. Ven⁹ qdē q̄ circa Solē p̄petuo motu torquet̄: Luna uero q̄ ei⁹ lumē e Sole ipso recipit: Iuppiter at̄ q̄ tēpat⁹ est at̄ Sa. q̄ e Sole elōgat̄ frigescit. Mars nimia uicinitate urit. Mer. quia frequēter hypaugus ac cōbustus est.

BI

Enuntiatum
viii. de bene-
ficis & male-
ficis.

LIBER

portus ad naturam malefici uertit. sed hec
 que inquit licet friuola sint: nos accepta-
 mus quia probabilia sunt. Adiiciunt alii in-
 ter maleficos huc esse in fortunam maio-
 rem ut Saturnum: illum minorem ut Mar-
 tem. inter beneficos uero fortunam maio-
 rem Iouem: minorem Venere. Quod pue-
 ril est: cum enim hec stelle per se agant: nec
 fortunę nec infortunę dici possunt. Itemque
 cum hec uidelicet calidum & humidum qua-
 litates sint equaliter benefice: ille frigidum
 & siccum equaliter malefice: etiam ex equo
 hec benefice illa malefica stelle dicentur.
 Sed aduersus Ptolemaum sunt multi do-
 ctissimi uiri: qui nullam coeli stellam pro-
 bant esse noxiam uel maleficam: sed om-
 nem salutarem ac beneficam utilemque. &
 primo Auerroes secundo Coeli autorita-
 te Aristotelis in libro de coelestibus regi-
 minibus ait nullum determinatum genus esse
 dedicandum stelle uti dedicant Babylo-
 nici: qui Saturno plantas & mineras om-
 nemque substantiam frigidam & siccam ascri-
 bunt. & .xii. metaphysices prodit Solem esse
 summe uiuificum: unde & antiqui domi-
 num uitę faciunt: & tamen sua natura non
 est beneficus. tertio secundo Coeli probat
 coelum & omnes stellas agere in nos mo-
 tu & lumine: modo motus ipse ac lumen
 benefice sunt qualitates. Amplius Picus
 in .x. suarum confutationum libro multis
 rationibus idem confutare enititur. primo
 quia Saturnus terram: Martis ignem repre-
 sentant: & tamen nec terra nec ignis ma-
 lefici sunt. secundo atrabilis & rubra bilis
 utiles sunt corporibus humanis: imo be-
 neficentiores interdum aliquibus quam san-
 guis uel pituita: sed nihil inordinatum &
 non uiuificum emanat a coelo: igitur non
 excitabunt illas ad animalis exitium sed ad
 conseruationem: & ita benefice stelle
 erunt. quarto e coelo omnia emanant esse
 etu: mors ipsa euenit animalibus defectu
 nature: igitur non e coelo. quinto uel stel-
 la illa benefice sunt propter elementari-
 as qualitates uel propter occultas: non pro-
 pter occultas quia Ptolemaus nullas coe-
 lo tribuit qualitates praeterquam caliditatem
 frigiditatem humiditatem atque siccitatem:
 quae elementariae uidentur: nec propter has

quia tales ad mediocritatem constituta be-
 nefice sunt: cum omnis mixtio inde profi-
 ciscatur: igitur nulla malefica: quandoque
 dem etiam omnes excedentes nocuae & ma-
 lefice sint. sexto si Mars noxius esset ob sic-
 citatem ipsam: ubi in domicilio proprio
 constitueretur: hoc est in Ariete: malefice-
 tior esset: Saturnus in Capricorno: Sol in
 Leone noxiores: quandoquidem fluxiones
 illorum iis in locis magis incrementum: tamen
 eos omnes sic constitutos beneficos esse
 profitentur. multa alia adiicit: quae ad hec
 reducuntur: quaeque ex confutatione horum fa-
 cile confutabuntur. Ultimo quidam medi-
 ci idem confutant quod animalium quaedam
 sunt exanguia ac frigida: & etiam res quae-
 dam frigidae sunt complexionis: igitur Sa-
 turnus suscitatur ad horum incrementum: & ita
 erit illis beneficus: licet nobis maleficus.
 Albumasar in suis eruditionibus tribus con-
 fecturis beneficentiam & maleficientiam in
 stellis reperit: observatione: Idiotropias &
 conditione. Observatio quidem quatenus in
 Solis & Lunae configurationibus stelle ip-
 se oecodespotiam sortiuntur: nam tunc non
 nullas qualitates occultas minaces noxi-
 asque e Saturno Martemque proficisci obserua-
 nit: Ioue Venereque: utiles ac salutes: non
 quidem illas tales quia calidae uel humidae
 & id genus: nec has tales propter idem: sed
 quia ille utiles salutesque: hec noxae mina-
 cesque. Idiotropia uero ut Ptolemaus: nam
 humiditas temperantes beneficas esse tra-
 dit: sicca distemperantes: noxias. Condi-
 tione: nam omnis stella quoties bene af-
 ficitur bonis in finibus: propria in conditio-
 ne matutina: celer: cardinalis: benefice na-
 turam subit. contra uero ubi male consti-
 tuitur: malefice ratione habet. Pro solutio-
 ne tamen ad opposita animaduersione di-
 gnas stellas positas ad coelum inter se &
 ad nos considerari. si ad coelum: cum sint coeli
 siue membra siue partes: omnes sunt utiles
 ac salutes. si inter se: sic omnes etiam bo-
 nae ac benefice: cum nulla alteri noceat ni-
 si quatenus earum uires ad nos uehantur.
 at si ad nos: sunt ille per se benefice quae p-
 accidens a conditione possunt effici ma-
 lefice. ille malefice: quae etiam conditio-
 ne & accidente benefice interdum efficiuntur.

o hmo
 a hmo
 refutatio

tur. Quib' facile est obiectiones dissolue
 re, prima quidem quia nihil malefici stel
 lis ad se & ad coelum consideratis est ascri
 bendum, secunda uero quia licet Sol cali
 ditate beneficiat: ariditate tamen male
 ficus est: ideo duplicis naturę statuunt,
 tertiam licet lumine Sol & cętere stel
 le calorem efficiant: motu omnes qua
 litates ingenerant: quatenus motu ipso cō
 figurationes constituunt & quibus uarię
 proficiuntur qualitates: nam licet motus
 quatenus motus calefactus sit: quatenus
 uero configuratorius uarias efficit quali
 tates. Simili ratiōe Pici ratiōes eliditur,
 prima quidem quia & ad uniuersum & ad
 se terra & ignis bōi sunt: ad nos mali qua
 tenus complexione uitę aduersa nocent,
 secunda quod solus sanguis uiuificus est: cęte
 ri humores per accidens quatenus ad san
 guinis dispositionem faciunt: ut medici
 tradunt, tertia etiam quia & mors & uita
 ordinate eueniunt propterea potest esse
 maleficus & ordinatus, quarta quoque quia
 licet mors defectu naturę eueniat: natura
 tamen non deficit nisi propter contrarias
 dispositiones: quas Saturnus & Mars effi
 ciunt, quinta etiam quia utroque modo: licet
 Ptolemęus uno modo tantum, qualitates
 uero elementarię benefice sunt ad se & ad
 mixturam, principales tamen sunt ca
 lor & humor: quatenus illo uiuitur: hoc ena
 tritur, sexta etiam aufert: quod licet Mars ma
 leficientior efficeretur manifestam ob qua
 litatem: salutaris tamen redditur: quia ab
 eo spiritualem sortitur beneficentiam ut
 Albumasar ait: quam beneficentiam licet
 hic Ptolemęus nō expxerit in libro Apo
 telestmaton multoties explicat. Quod tan
 dem medici adiciunt: leue est, quandoqui
 dem beneficentia colligenda est pro ma
 iori parte, immo licet Saturnus ex angui
 bus qualitate sua manifesta beneficus es
 set: occulta tñ posset malefacere. Intelli
 ge stellas non posse malefaciendo uel be
 nefaciendo hominibus nocere nisi per ac
 cidens: quia homo est dominus suorum ac
 tum, unde sepe dixi corpora celestia ani
 mos nros nō necessitare: imo bonis exhi
 bitis remediis nec corpora necessario
 alterant, uidemus enim sepe bonis moni

opinio
 2. 25.

ti obstaculis estiuos ca'ores tollerare
 imo illis omnino aduersari, quare intelli
 ge in toto libro stellas solū dispōere nos
 nō autem necessitate: ut in procmio di
 xit Ptole. & de beneficiis & maleficiis satis.

Rursum postq̄ naturarum prima
 genera duo sunt: mas uideli
 cet & foemina: atq; foemina uis
 in humiditate consistat: generatim
 nanq; pars hęc omnibus foemi
 nis plurimum innascitur: cęterę
 autem maribus magis: iure Lu
 nam quidem ac Aeneris stellam:
 foemininas nobis tradidere: quod plu
 rimum humore præstant: Solem
 uero atq; Saturni Iouis & Martis
 stellas masculinas: Mercurii au
 tem utriusq; generis communem
 quatenus ex æquo & aridam & hu
 midam efficit substantiam, mascu
 lescere etiam aiūt stellas atq; foem
 inescere tum ipsis ad Solem fi
 gurationibus: quandoquidem lu
 canę atq; præcedentes mascule
 scunt: uespertinę autem & sequen
 tes foeminescunt: tum quoque per
 eiusmodi ad finitorem: quando
 quidem iis infigurationibus quę
 sunt ab ortu in culmen usq; uel ab
 occasu in imum: ueluti in subso
 lanis masculescunt, occiduis uero
 inquadripartis, quemadmodum
 in libycis foeminescunt.

E nuntiatum
 ix. de mascu
 linis & foemi
 ninis.

Hermaphroditus
 ut patet ma
 sculina &
 ueluti ex
 mas.

Prima naturę genera tria sunt: mas: foe
 mina: et hermaphroditus: ut libro tra
 ditur de Animalibus: decimo quoque Me
 taphysices: ideo stellas tria ingenera
 diuidit: masculinas quę grece arrenicę: &

foemininas que thelyce appellatur: & pro
 miscuas siue duplices: quæ hermaphro-
 diticæ dicuntur. Tribus itaq; rationibus
 ut grecus sine nomine expositor inquit
 stelle masculæsiunt siue foeminescunt: com-
 plexione uidelicet: figuratiōe ad Solem:
 atq; positura ad orizontem. Complexio-
 ne quidem: quia uidemus muliebri ge-
 nus humidum atq; molle naturæ artificio
 cōfectum ut uidelicet facile effingi possit.
 uirile uero durum ac intractabile. mani-
 festum quotcūq; in uenerimus stellas ma-
 gis humidas: eas dicim⁹ foeminas: quotq;
 aridas: eas magis masculas: qua ratione
 fit ut Lūa & Venus foemineæ: mares autem
 reliquæ præter Mercurium: is namq; ati-
 dus & humidus existens duplicem natu-
 ram habet: hermaphroditus nuncupa-
 tus. Ad Solem uero figuratiōibus: quia
 cum lucanæ fuerint: masculæsiunt. appa-
 rent enim tunc ueluti iuuenclæ atq; nu-
 per editæ: uimq; habent ualidiorē: uel
 pertine uero foeminescunt ueluti senicu-
 læ. Ad orizontem uero hoc est finitorem
 quia omne cœlum quattuor in tractus di-
 uiditur. primus est ab ortu in cœli cul-
 men. secundus e culmine in occasum. ter-
 tius ab occasu in cœli imum. quartus ab
 imo in ortum cœli. ortus græce anatoles
 cœli medium mesuraneis: occasus dysis
 imum anti mesuraneis nuncupantur. cū
 itaq; quattuor sint cœli tractus: duos so-
 lares appellat atq; masculos: duos quoq;
 libyicos lunares atq; foemineos. qui quidē
 ab ortu in culmē atq; ab occasu in imum
 porriguntur: sibi inuicem conferunt atq;
 per similes sunt: oritur enim Sol in ortu
 nobis qui regionem hanc incolimus: ori-
 tur uero in occasu antipodis. culminat no-
 bis Sol in meridie: culminat illis in me-
 dinotio: quare tractus hi sibi inuicem
 conferunt & per similes sunt: iure itaq;
 masculæsiunt ambo atq; solares sunt. Qui
 uero e culmine ad occasum atq; ab imo
 in ortum sunt: etiam ratione eadem simi-
 les atq; se inuicem conferentes erunt: qua-
 re & ambo foeminescunt & lunares sunt:
 stelle itaq; constitutæ solaribus in quadri-
 partis atq; tractibus masculæsiunt: in liby-
 cis uero foeminescunt. nec mirum (ut græ-

cus sine nomine interpres inquit) cur nō
 omne hemisphærium superius fecit Pro-
 tolemæus masculum: omnemq; inferius foe-
 mineum: nam ortus occasui persimilis
 est: culmen imo: quare si abortu incul-
 men tractus masculæsiunt ab occasu in imū
 etiam: siquidem ortus occasui confertur.
 & si e culmine in occasum foeminescit: et
 ab imo in ortum: quandoquidem culmen
 imo similiter fit. Quantum uero ad græ-
 ca uerba attinet: Ptolemæus prima gene-
 ra uocat marem & foeminam: non qui-
 dem simpliciter: sed respectu hermaphro-
 ditorum. mas enim & foemina prima ge-
 nera sunt simplicia. hermaphroditus ma-
 ris & foemine collationem cōtinens: quā
 si ex illis primis constet. Rursum quoq;
 potestatum elementariarum sola humidi-
 tas foeminescit: quandoquidem foemina
 mollis atq; bene passibilis sit. ceteræ po-
 testates omnes ut siccitas caliditas & frigi-
 ditas masculæsiunt: quia que uis præstant:
 dura atq; impassibilia sunt: quales ma-
 res sunt: siccirco Venerem & Lunam tan-
 tum foemineas statuunt: quia hæc tantum
 humore præstant. ceteras stellas omnes
 masculas: quia alia frigore præstat ut Sa-
 turnus: alia calore ut Iuppiter & Sol: alia
 siccitate ut Mars: Mercurius uero quia
 utraq; interdum exuperat: iure herma-
 phroditus est. Nec quoq; prætereundum
 præcedentes partes non una ratione esse
 assumendas: quandoquidem stella stel-
 lam præcedere potest. uel secundum mo-
 tum diurnum: & tunc que præoritur præ-
 cedens est. ut si Saturnus in Arietis parte
 sit. xv. Iuppiter. x. nobis quidem Iuppiter
 præoritur: quare in partibus præcedenti-
 bus etia Saturnumq; præcedens. uel secun-
 dum motum proprium: qua ratione ea
 stella præcedit: que plures signi partes
 peragrat: quo modo Saturnus Ionē præ-
 cedit: quia de sui proprio orbe plures pa-
 grauit partes. Prisci tamen ut Petosiris &
 Neocæpsus iuxta motū diarium capien-
 tes: præcedentes partes uocabant: que
 prius ascendebant. Solis uero conse-
 quentes: que inferebant sub terra. hæc quā-
 tum ad græca uerba. Sunt qui Ptolemæ-
 um in calarum ut Antares q; in cœlo nec sit

mas uel foemina .mas namq; s& foemina conditionem sequitur materiae ut .x. metaphy. autor est Aristoteles: & in libro de Animalibus : Coelum uero quantum sit materiae expers omnes Philosophi testantur. uerum haec reprehensione non carent. stellas enim mares uel foeminas esse : potest intelligi uel in se uel attributione ad nos si quidem in se illud intelligatur: nulla certe erit in coelo mascula uel foemina ut recte sentit Auerroes. si attributione ad nos sic tribus rationibus masculoscunt stellae uel foeminescunt: hoc est uires sibi uendicant maris uel foeminae: complexione uidelicet: figuratone ad Solem: & positura: & hoc ratioe ipse Ptolemeus accipit. proprietates enim quae sunt in nobis effectus in stellis causae sunt: quae in nobis absolute in illis attributione: qua ratione fit ut nos mas & foemina dicamur: illae masculoscere & foeminescere. nos (ut ita loquat) masculati & foeminati: illae masculantes & foeminantes. quando quidem illae causae nos effectus sumus. Et de masculis & foeminis stellis haec sufficiant.

De diurnis atq; nocturnis stellis.

Similiter uero postquam efficientium tempus manifestissima interualla duo haec sunt: diei uidelicet masculatum magis: quod in illo est calidum atq; ardens: & noctis foeminatum: quod per ipsam humidum & quies exurgit: Iure quidem nocturnas Lunam ipsam ac Veneris stellam tradidere: diurnas uero Solem: ac illam Iouis: promiscuam uero secundum haec eam quae Mercurii est: & in matutina quidem figura esse diurnam: in uespertina uero: nocturnam. At illas duas quae corruptiuae substantiae sunt: utrisque con-

ditionibus coaptauerunt: non tamen secundum easdem naturae causas: sed secundum contrarias. similia siquidem addantur iis quae sunt temperatae complexionis: maiorem illorum beneficentiam efficiunt: dissimilia uero iis addita: quae corruptiuae sunt: de illorum malicia plurima ex parte demunt. Hinc stellam Saturni (frigida cum sit) calori diei coaptauerunt. Illam uero Martis etiam quia arida: humori noctis. sic enim uterque e complexionis contrarietate cum exurgat: factio: ni quoque temperanti conueniens redditur.

Hactenus de genere siue sexu stellarum: nunc de conditione siue factione transigit. ut uero res haec intelligat attentione dignum (ut graecus sine nomine interpret inquit) tempus in duo interualla maxime distribui: in diem uidelicet & noctem: dies quod propter motum Solis super terram calidus est: nox uero propter absentiam: humida. Inde dies maris nomen sortitur: nox foeminae: qua ratione fit ut stellarum aliqua diei conditioni coaptentur atq; noctis propter similitudinem: aliqua propter contrarietatem: propter similitudinem quidem diei uel noctis conditioni coaptantur. quae cumque complexionis temperatae sunt: ut Iuppiter: Venus: Luna: & Sol. Iuppiter & Sol diei conditioni: Luna & Venus noctis. Causa autem est quoniam temperatum gaudet simili illo sibi addito & conseruatur sui in ipsius temperantia: nec per illius sibi additionem exit temperationis limitem. praeterea Ioui & Soli temperatis calore si diei calor adiicitur: eorum temperantia adhuc maior fit. iure itaque haec conditioni diei conueniunt: illae noctis. At Saturnus & Mars conditio-

Bii

Enunciatum
x.

LIBER

nibus noctis & diei conueniunt: sed non propter similitudinem sed cōtrarietatem. Causa autem est quia distemperata gaudent dissimili: nam distemperato addito simili non custoditur complexio. ut distemperate calido: si calidum adiiiciatur: adhuc calor magis increfcit: fitq; adhuc distemperatus. itemq; si frigide distemperato frigus addatur: adhuc distemperatus reditur: iccirco dissimili gaudet: ut distemperate calido si frigus adiiiciatur redditur equale ac contemperatum: quandoquidem cōtrarium contratio contēperetur: quare Saturnum diei conditioni & Martem nocti coaptarunt. nam Saturni frigiditas calore diei contemperatur: Martis feruor frigiditate noctis. sic igit optima est facta distributio ut Saturnus diei & Mars nocti coaptentur. hemerique itaq; hoc est diurne stelle sunt Iuppiter Sol & Saturnus. nycterine hoc est nocturne: Mars Venus & Luna: at Mercurius promiscuus est: utriq; conueniens conditioni: modo diurne modo nocturne. Quantum uero ad uerba græca attingit: quam greci astrologi heresim uocant: nos Iulium Maternum secuti conditionē dicimus. alii factiōem. punici haisem nesciunt. Est autem duplex conditio noctis & diei: qua ratione fit ut diarii planete cōditionem diei sectentur: nocturni uero noctis. Arabes haisem planete aiunt signum quod & sui generis & sue conditionis est: ut haxe Iouis est in Ariete. nā aries est diarium signum ac nocturnum uti ipse Iuppiter. sed de his postmodum. Prophyrius suis in eruditionibus alia ratione Saturnū & Iouem asserit diarios esse: Venerem & Martem nocturnos. Ait enim Solem preesse diei quandoquidem complexione: potestate: ac operatōe diurnat: Lunam simili ratione nocti. modo Iuppiter & Saturnus Solis siue factionem siue conditionem sectantur: tum q; raro occultantur & longo tempore uti Sol lucent: tum q; rarius & inter se & cum Sole configurantur: qua ratione fit ut magis solares stelle sint conditionis siue factionis Solis: & ita diurne: Venus uero & Mars sectantur magis conditionem Lune: primo q; frequentius e Sole occultantur uti Luna ipsa, se-

cundo quia & inter se & ad Solem sepius configurantur: quo fit ut magis lunares sint: & ita factionis siue conditionis nocturne. At Mercurius promiscuus est: interdum Lune factionem sectans cum uespettinus est: aliquando factionem Solis cum lucanus. hæc de heresi siue conditione siue factione.

De ipsarum figurationum quæ ad Solem sunt potestate.

Iam uero & eas præter configurationes quæ ad Solem sunt: & Luna & ipsi errantes tres ipsorum impeculiaribus uiribus magis & minus suscipiūt. Luna quidem q; ab apparitione increfcens ad diuidualitatem primam usq; maiorem efficit humiditatem. hinc uero usq; in plenilunium: caliditatem. e plenilunio diuidualitatem in dexteram siccitatem. hinc in occultationē usq; frigiditatem. Errantes uero & lucani tantum: ab apparitione quidem primam in stationem usq; humentiores sunt. hinc uero ad acronychum: calētiores. ab acronycho uero in stationem usq; dexteram arētiores. hinc uero ad occultationem frigidiores. Manifestum autem q; inuicem cōiuncti q; plurimas qualitatū differentias in id quod nos continet operantur: prædominante quidem ut plurimum propria cuiusq; potestate: conuersa uero secundum quantum ab eis quæ cōfigurantur.

Hactenus de conditione siue factione

E nunciandum
xi.

deq; in fritis Stellarum complexionibus: nunc de ascitiis quas Stella ipse per ad Solem configurationem commutant ac alternant. possunt namq; Stella ipse obseruari comparatione ad Solem & ratione ad se. Comparatione quidem ad Solem nno tantum masculoscunt uel foeminescunt: sed complexiones mutant. propterea Ptolemus inquit: iam uero & eas preter configurationes que ad Solem sunt & Lunam & ipsi errantes tres: Saturnus uide licet Iuppiter & Mars ipsos in peculiaribus iuribus magis & minus suscipiunt: quasi dicat q; stelle ipse per ad Solem configurationem dupliciter euariant: cum in sexu genereq; tum in complexione. qualiter sexu ac genere dictum est: nunc quo complexiones mutant: adicit & primo in Luna: na Luna habet quattuor status. ab apparitione enim hoc est ab exitu d subradiis usq; quo fiat semiplena: humentior est ac uerna; hic usq; ad plenilunium calentior ac estiuas: hic usq; in secundis semiplenilunibus: atentior ac autumnalis: hinc tandem usq; in occultatione frigidior ac brumalis. Qd Luna e prima sui apparitione usq; in primum semiplenilunium humentior fit: grecus sine nomine interpretes pbat: quia uidetur modo partu edita. secundo quia est sicut infans qui sui prima editione humentior est. sed rationes istae theoricæ sunt. rationabilius aut prima eius etas humentior est: quia id primo de nouo alicui aduenit: quod est sibi naturalius: est aut Lunæ naturalius humidum. Amplius calidum in re frigida & humida multiplicatum refellit frigidum sibi contrarium & seruat humidum sibi cõpassibile: sed lumen Solis calidum est: quare cõ primũ in Lũa ipsa frigida & humida multiplicatur: expellit frigus eius & humidũ seruat: & ita Luna restat humida ac calida ueluti uer. Amplius qm̄ calidum magis opprter arefcit ut Observatio docet: inde e semiplenilunio ad plenilunium calida restat & sicca æstiuas: sed qm̄ quando crescit arefactio euanescit caliditas: hic ad aliud semiplenilunium restat ut frigida & sicca fit autumnalis: frigidum uero incrementum trahit secum humidum. hinc ad occultatione frigida restat & humida & hiberna. uel (ut

grecus sine nomine ait) Luna prima sui apparitione humescit primo: deinde calefcit propter causam traditã: sed quomodo qualitates recipit: eodẽ modo abiicit. recipit primo humorem. igitur in secundo Lunæ statu eum primo abiicit: iccirco restat calida sicca. deinde in tertio Lunæ statu amittit calorem secundo loco acquisitum: & restat frigida sicca autumnalis. ultio siccitatem amittit tertio loco acquisitam: & sumit humiditatem: & sic in quarto statu restat hiberna. hæc de luna. Quantum uero ad græca uerba attinet anatole græce est latine ortus: apud uero Plinium est et apparitio: quando enim Luna e radiis Solis editur oriri uidetur. melius tñ apparet post hoc apparitione crescente dichotoma fit. dichotoma aut est græce: latine tum dimidia tum semiplena: post hoc fit luna panselena hoc est plena Luna uel tota Luna. uerum diuidua siue semiplena fit Luna interdum in sinistra Solis regione ut post nouilunium: quodiam ipsa oritur post Solem constituiturq; in partibus Solis sequentibus. ideo in Solis sinistra regione est: & tunc semiplena dextera. at post Plenilunium ipsa oritur ante solẽ in mane: estq; in partibus precedentibus & ita in dextera Solis regione demum efficit occulta siue occidit. crypsis enim græce est tum defectio tum occultatio tum occasus. hæc quantum ad græca uerba de Luna. Et de tribus superioribus agamus. Tres itaq; superiores quando in superiori parte epicycli sunt: cum Sole ipso coeunt saltem secundum medios motus: secundum quos nunc loquor: & quoniam Sol est illis uelocior ab eisdem remoto illi apparent matutini ante Solem exorientes: quo in statu eadem ratione humescunt donec in primam eorum dexteram stationem decurrunt: quo in loco e regione Soli quadrangulantur. statio prima: & est sinistra: & est dextera: quatenus enim epicyclus mouetur ad partem orientis ordine ad epicyclum: prima statio est sinistra: ordine tamen ad Solem: prima statio est dextera: & secunda sinistra. statio græce est sterigmos: quæ & latine est fixio. e prima statione usq; quo ueniant ad imam epicycli: quo in loco tunc

Statu
nº 4

LIBER

tes ipsi superiores e regione Soli diametrantr: ipsi Calēiores sunt, Tres superiores in imo supercilii cōstituti sunt immedio repedationis Soli diametri saltē secundum medios motus atq; occidentes oriēte Sole: & orientes Sole occidente: ppter acronychi gręce dicuntur: quod uno noie explicari non pōt. ex acronycho instationē secundā dexterā motus epicycli uel sinistra ordine ad Solē atēiores sunt: Inde ad occulratōem frigidiores sunt. & cā est dicta in Luna. Sed querunt cur Veneris & Mercurii nihil meminit. Arabes Ptolemęi interpretes credūt duos inferiores ēt ascitias cōplexiōes admittere: atq; uariat: licet nō eodem modo ut explanāt. Sed pae horum Ptolemęus solū quatuor ascitias cōplexiones admittere autumat: Lunā ipsam & tres superiores: inferiores uero minime. cuius causam affert gręcus sine nomine: qā ille nō possunt e Sole usq; in diametrum distare: Cum Venus & Mercurius propter motus celeritatē semp Soli propinqui inueniātur. huius ēt pōis est Porphyri⁹ philo⁹ophus in suis eruditionibus. solū enim tres ascitias cōplexiones admittere cōtendit: ceteros duos minime: sed etiam Lunam uult cum tribus conuenire. hinc patēt & etates quatuor stellarū & Lunę. Iuuentuli enim sunt planetę cū apparent usq; ad primam stationē: & Luna ad primum dichotomū. uirescunt. hinc ad acronychum & Luna ad plenilunium senescunt hinc ad secundam stationem & diuidualitatem Luna. sunt uero decrepiti in reliquo statu. hęc de tribus. Sed quoniā planetę possunt ad Solē & ad se cōparari: de his ad Solem cōparatis egimus: de iis modo ad se comparatis transigamus. Planetę itaq; coniunguntur uel corpore: uel configuratione: uel neutromō. si neutromodo: eas qualitates exuscitant: quas apti sunt efficere per comparationē ad Solē. ut si sint in primo cum Sole statu humescunt: si in secūdo calescunt: si in tertio ardescunt: si in ultimo frigescent: & hoc ait Ptolemęus. at in cōuersione ipsa ac pagratione absoluta: nulla relatiōe habita inter eos: eo agunt quō cum Sole configurantur: hoc est pro conditione status quę cum

Sole habent. at si coniunguntur siue corpore siue configuratione: qm̄ multas qualitates nobis afferant: quatenus ipsi multi sunt: mixtū tamen euentū agent eā inqualitatem: quę apredominante natura euenit: ut si coniunctione Saturnus predominetur: qualitas epredominio Saturna erit. eodem modo in ceteris fit. Sententiā hanc Ptolemęus etiā in libro centum enunciatum ita scribit: Cū Saturnus Iuppiterq; coniungitur: uter eorum sublimior sit: uide: ac iuxta illius naturam pronuntiat: idem etiā in ceteris stellis facito. hoc enunciatum est. lxiii. uerum sententiā hęc in loco presenti sufficientior est: quā nō quidem quid agant planetę absolute & quid incomparatione inuicem hic declare. at ibi tantum quid agant cōiuncti. Hic attentione dignum esset primo quid superior siue predominans stella sit. secundo degenere: tempore: & loco euentorum esset statuedum: sed quoniam de iis in libro de nostrarum Calamitatum causis diximus: hęc satis. sufficit enim nobis hęc excitaſſe: quādo quidem non res astronomicas: sed eruditiones nunc scribamus.

De non errantium stellarū ptāte.

Cum cōsequens sit deinceps & nō errantium naturas pro cuiusq; propria qualitate percurrere: peculiariates quę per simile ad errantium naturas in iis obseruantur: transigamus: & primo ipsas quę p medium circulum se habent formas.

Enuntiatum
decimū secū
dum.

Hactenus de cōplexionibus insitis & ascitias deq; potestatibus ac operationibus luminū & quinq; planetarū perfecit: Trāsit nunc ad stellas non errantes: quę fixę dicuntur: Cum non tot differentis motus moueantur ueluti quinq; erraticę: & de iis eruditiones leues scribit: ad apotelesmata tantum proficiētes. uerum intractandō de iis primo imagines ipsas quę sunt per medium Zodiaci exequitur: quęq; interdū

Zodia græcè latine à figuris quas referūt animalium: animalia dicuntur. simia a significatiōum efficacia: signa dicta. aliquādo altra a stellarum multitudine: quæ ibidem si dent: latine sydera. aliquando mot phoses a simulacris quæ referūt: latine imagines siue forme. Sūt autē hæc Aries Taurus & cetera. sunt uero imagines. xlviij. q̄rum. xxi. in septentrionē ipsum assurgunt. xv. in meridiem declinant. xii. uero per medium Zodiaci constituuntur. In iis imaginibus stellas uisu notabiles & quæ pollentes sūt. M. & xxii. obseruant: ceteras uel obliquis imbecillitatem: uel ob radiorū obliquam projectionē (ut Porphyrus inquit) prætereunt. ordinant uero has imaginum stellas pro lucis præstantia: quādoquidē (ut porphyrius inquit in eruditiōibus) Aliquæ illustres: Aliquæ splendide: Aliquæ fulgentes: Aliquæ claræ: Aliquæ limpide: Aliquæ dubiæ sunt: propterea sex cœtus siue ordines siue ut alii dicunt & inepte: magnitudines sunt. Illustres a lucis præstantia: primæ sunt imprimis siue cœtus siue cohorte: siue ordine: siue magnitudines: quæque posituris per cœlum ipsum disseminatæ plurimū sunt: suntq; numero. xv. Splendide scdē siue cohortis siue magnitudinis: cū aliquantulum luce e primis deficiant: sunt numero. xxv. fulgentes uero e tertia cohorte et aliquātis per luce imminute numero sunt. ccviii. Claræ quartæ cohortis ita se habentes ad tertias uti tertie ad secundas: numero sunt. cccclxxiiii. Limpide e ratione se habentes ad quartas ut illæ ad quartas: numero sunt. xlix. quibus si ad des nebulosas quæ: tenebrosas siue occultas. ix. erūt (ut diximus) oēs numero. M. xxii. Alii uero sex stellarū faciūt magnitudines siue ordines: non apositura: quādoquidem situ non ordinate sint: immo per cœlum ipsum perque omnes illius regiones disseminate: sed per hoc quod sunt aliquantule ad terram ipsam: nam diameter stellarum primæ magnitudinis continet diametrum terræ quater & eius dodrantem: estq; proportio diametri ad diametrum: ut. xix. ad quatuor quatruple supertripties quat

tas. diameter uero stellarum secundæ magnitudinis diametrum terræ quater continet & xxix. sexagesimas: estq; proportio diametri ad diametrum: ut. cclxix. ad. lx. diameter stellarum tertie continet diametrum terræ quater & unam octauā: estq; proportio. xxxiii. ad. viii. quatruple uidelicet sex quoctaua. diameter stellarum quartæ magnitudinis continet diametrum terræ ter & circiter. x. decimas tertias: estq; propinqua proportio diametri ad diametrum ut. xlix. tripla supra decupartiens tertia decimas estq; ut fere proportio. xlix. ad. xv. tripla superquadripartiē decimas quintas. At stellarum sextæ diametrum continet terræ cum dimidio & fere tribus tricesimissedis: estq; fere proportio. lxxxiii. ad. xxxii. hæc Alphagræus: ferre ad uerbum scribit. Verū hæc causa a prima parū differt: quādoquidem ut Plato in phedone scribit: nos non stellarum corpora uidemus: sed radiorū quāsdam reflexiones in aere similes stelle speciem referentes: quasi dixerit radiosas umbras siue splendores. qua ratione fit ut magnitudo stelle non corpus ipsum sit: sed illius radiosa ūbra: & ita hæc causa a prima parum differt. Ptolemæus itaq; primo duodecim imagines per medium zodiaci collocatas describit: deinde alias quæ errāt a zodiaco. uerum nō sine magna dubitatione est: quod Ptolemæus proponit: an uidelicet signa fixa atq; stellas prout sunt in signis fixis describat: uel signa mobilia & stellas prout sunt in signis mobilibus. viii. cœli prout sunt partes in toto. uidetur enim Ptolemæus non cognouisse nōnum orbem & quanto minus decimus: & si cognouit: de illius uel illorū signis nihil scribit. Ex alio in. xlii. magne constructionis libro ab Abrache per. ccc. annos præcedente obseruans. octauum orbem ab occidente singulis centenis annis parte una motū fuisse uerificauit. quæ ratio docet alium orbem præter octauū eminere: qui motu diario ceteros rapiat. Cui Thebicus subcessit: qui motum octauæ spheræ suo tempore consideras: ac arctiori machinatione obseruans: singulis. lxxvi. annis una parte perfici. constituit. deprehendit quoq; motum octauæ spheræ difformem:

quia nunc uelocem alias tardum qua ratione inuenit exactiori consideratione caput Arietis & librę octauę spherę circa caput Arietis & librę nonę a meridie in septentrionem per quendam circellũ: cuius centrũ sub equinoctiali fixũ est: circũuolui: quem motum accessus & recessus octauę spherę uocat. fuerũt & alii qui & aliter obseruant. omnes tamen octauam spherã hoc gemino motu moueri asserũt: qđ quidem absq; nona & decima spherã fieri nequit: iure itaq; dubitatõẽ dignũ est: quę signa describat: fixa ne uel mobilia octauę spherę: quasq; stellas utrum prout sunt in Ariete & cęteris signis nõ uel decimę fixi s; an ut sunt partes signorum mobiliũ octauę. Quicqđ sit demotib; octauę spherę deq; orbibus eiusdem: de quibus in libro de nostrarum Calamitatum causis satis diximus: nũc uideretur mihi Ptolemęũ pertractare de signis octauę spherę & de stellis quę sunt partes talium signorũ: ueluti membra in mębrato: ut oculus in homine: & brachiũ in humero. signum autẽ est qđ proponit dicere de non errantibus: & ita principaliter de stellis non errantibus. At de signis fixis noni uel decimi orbis ueri uel ficti: posterius dicet: dum de conuersione: æquinoctiis: cęterisq; signorum peculiaritatib; pertractabit. Nec audiendi sunt qui dicunt Ptolemęum loqui de stellis prout sunt in signis fixis primi mobilis: quę stelle tempore Ptolemęi erãt in illis ac illorum partibus ut scribit: nunc autem nostro tempore sunt uariatę: quoniam si quis uelit equare stellas fixas ad tẽpus Ptolemęi qui fuit temporibus Adriani usq; ad tempora Antonini: nõ inueniet loca illarum ita: & hoc est signum qđ Ptolemęus per signa accepit imagines. Animaduertimus Ptolemęum dum de signis primi mobilis loquitur: illa uocasse Zodiacum uel similia aut dodecatamoria. dũ de signis octauę: illa nũcupasse morphoses. recte igitur diximus Ptolemęum accepisse stellas prout sunt partes imaginum. & nõ prout sunt in partibus animalium siue signorũ primi mobilis: hęc de intentione.

Stellę Arietis.

Stellę quę in Arietis capite cõstitutę sunt: Martis ac Saturni qualitatibus similes qualitates habet. Quę in ore: Mercuriũ sectantur: quadam quoq; ex parte Saturnũ. Quę in pede posterior collocantur Martis. Quę ad caudam: Veneris qualitatem sequuntur.

Prima forma siue imago est quę gręce crios: latine aries est. hęc est prima Zodiaci octauę spherę: si dici potest Zodiacus. hęc formam fortasse Ptolemęus nõ nouit moueri motu accessus & recessus: propterea ait eam per medium Zodiaci cõstitui: uel fortasse eum Zodiacum constituit in octaua spherã: si duo Zodiaci nũcupari possunt. quę moueri Thebiti; nouit & alii ex austro in septentrionem uel ecõtra ut dicemus. Hanc imaginem dedicant Arieti. Naturales qđẽ: qđ stelle eius Arieti & cęteris idgenus presunt. Perspectiui uero qđ linee protractę a stellis ad stellas Arietis referunt. Poetę uero quia non nulli aiunt Phrysum incolumem ad Oetam peruenisse & Arietem Ioui immolasse: pellem templo fixisse: & Arietis ipsius effigiem a Ioue inter sydera constitutã fuisse: ut Hyginus est autor. hęc de imagine generatim. Per partes uero Ptolemęus notat stellas capitis: stellas oris: stellas posterioris pedis: atq; stellã caudę: quasq; qualitates habere uelit: ex uerbis suis facile patet: nam stellę capitis habent uires Martis & Saturni: quę oris principaliter Mercurii ali quantulumq; Saturni: quę pedis: Martis: quę caudę: Veneris. Incornibus quidem enim illustiores chaldaice sarchae nũcupantur: in lumbis uero tres parue splendide tamen: quę chaldaice alburoue appellãtur. apud Hyginium omnes Arietis stellę sunt numero. xviii. quandoquidem in capite habeat stellam unam: in cornibus tres: in ceruice tres: impede priori de primis unã in interscapilio quatuor: in lumbis tres in cauda unã: sub uentre unã: in pede posteriore unã. igitur numero. xviii. Ptolemęus.

Enunciatum
decimũ terũ.

is prætermittit reliquas: & tantum .vii. adnotauit: uidelicet quatuor capitibus: quatuor in cornibus sunt: in capite una: illa oris: illa posterioris pedis: atque illam caudæ: & ita .vii. tantum: ceteras tanquam imbecilliores præterit. Verum unum dubitatione dignum est: quod Hyginus nullam stellam collocauit in ore: at Ptolemæus ait eam stellam quæ est in stomate sectari Mercurium & aliqua ex parte Saturnum: & ita in ore collocat unam. Stoma enim græce latine os. mihi tamen (pace aliorum dixerim) uideatur quod Ptolemæus uelit per stoma aluum siue uentriculum: quem & stomachum uocant: qui quæ latine est os: non quidam extrinsecus quod cibum capit: sed intrinsecus quod cibum concoquit: qua ratione fit ut isti non differant: Imo idem uelint. Græcus sine nomine suis in eruditionibus Arieti stellifero iuxta ordinem partium dedicat regiones: prioribus quidem partibus Babyloniam: capiti Eioemain: dextere Persen: sinistère Syriam uentri loca illi affinia: auersioni faciei Babyloniam rursus: pectori Armeniam: humeris Thraciam. uentri rursus Cappadociam & Susiam & Mariam rubram & Rhyparam. posterioribus uero adiicit Aegyptum & Persicum oceanum.

Stellæ Tauri

Stellarum uero Tauri: quæ quidem ad illius abscissionem positæ sunt: Venere temperationis esse dicuntur: quamuis Saturnium et quiddam una mixtum habeant. uergiliæ uero: Lunæ ac Iouis naturas imitatur. Earum autem quæ in capite sunt: illa ex succulis fulgida ac rutila quæ fax dicitur: martiam efficaciam habet: reliquæ Saturniã quamuis aliquantulum Mercurii habeant. quæ in summis cornibus positæ sunt: solius Martis naturam sequuntur.

Taurus græce & latine est secunda imago .viii. orbis: etiam per illius significari medicum procedens. hanc Tauro dedicant: naturales quidem quæ stellæ Tauri tauro: bobus: bubulis: & id genus præsumunt. perspectiui uero quæ lineæ protactæ ex stellis ad stellas taurum claudunt. poetæ uero Taurum inter sidera constituunt: quæ Europam incolumem transfexit cretam ut Euripides dicit. nonnulli autem cum in bouem fuisset conuersa: ut Iuppiter ei satisfacere uideretur: inter sidera constituisse: quæ eius prior pars appareat ut tauri: sed reliquum corpus obscurius uideatur. hæc de imagine ipsa generatim. per partes uero Ptolemæus adnotauit stellas abscissionis. uergilias quæ in ore sunt .vii. licet .vi. tantum notabiles. de succulis facem & alias: & quæ in summis sunt cornibus. Qualitates uero sic describit: quæ stellæ abscissionis uult uenereas esse uergilias lunares ac Iouias: facem martiam: ceteras succulas saturnias: & aliquantulum mercuriales: quæ in cornibus martias. De numero Hyginus asserit præter uergilias .xiiii. esse: nam in cornibus singulas habet stellas: sed in sinistro clariore utriusque oculis singulis: in fronte media unam: ex quibus locis cornua nascuntur: singulas: quæ septem stellæ hyades nuncupantur. latine (auctore Plinio) succulæ. stellarum nomina hæc sunt ambrosia: eudora: padyle: coronis: polyffor: phyleto: thyene: haru illu strior græce lampadias: latine fax nuncupatur: chaldaice aldebra. in sinistro genu prioris habet stellam unam & super unguilas unam: in dextro genu unam: & in interscapilio tres: nouissimam earum ceteris clariorem: in pectore unam: quæ cor Tauri dicitur. Igitur præter uergilias sunt .xiiii. Quantum uero ad uerba attinet: Taurus ab antiquis sic formatur in celo: ut pars eius posterior tanquam a reliquo corpore abscissa latere dicatur. In hac abscissione stellæ sunt latentes: quatuor Hyginus nihil meminit: quia clare non sunt: Ptolemæus autem ueneream efficaciam illis prebet. hyades alii uolunt in ore: alii in fronte: alii in tauri capite constitui. uergiliæ uero quæ græce dicuntur pliaades: babylonice atoragæ quæ extra mouet quando estas incipit oriantur

etiam ab aliis ponunt in ore: ab aliis in fronte. unde uero dicant hę pliaides: ille hyades; Hyginio relinquo. Quantum uero ad Astrologos attinet: has stellas qui hora geniturę cum Luna horoscopantes habuerit: magnus & clarus erit. quas si Iuppiter feliciter irradiauerit: exercitum ducet: ac terra marique multa getet: demisso offenso principe mala morte peribit. licet autę ut dictum est Iouię naturę sint: tamę qui eas ortus sui tempore in occiduo cardine habuerit: a maleficis stellis percussas naufragus moriet. Qđ si benefice etiam stelle illas feliciter inuehant: nihilominus repentina illi mors ex nimio coitu aut inter conuiuia crapulasque potendit. gn etiam si quis Lunam in pliadibus lumine uacua nascens habuerit a Marte aut Saturno hostiliter percussam: oculis capiet. Gręcus sine nomine huic imagini suis in eruditio- nibus iuxta partium ordinem uarias ascribit regiones. capiti quidem mediā locaque huic proxima: pliadem: cyprium. lateri sinistro arabia: & loca circa. humeris perfen & Caucasam regionem. subcuruationi ascribunt: odoratui ethiopia: fronti elcymain: cornibus carcedoniam: mediis partibus armeniam: indicam: germaniā. hęc de regionibus.

Ceciscent

E nunciatum
xv.

Stellę uero quę in geminis sunt quę quidem ad pedes constitutę sunt: similes Mercurio uires habent quadam etiam ex parte Venerem imitantur. limpidae quę in foemoribus collocantur: Saturno similes sunt. ex duabus quę in capitibus splendent: Altera quę in anteriori capite est: quę Apollinis stella dicitur: Mercurio similis est: Altera quę in capite posteriori fulget: quę Herculis stella appellat: Marti.

Tertia stellati signiferi imago est quę gręce didymi dicit: latine gemini siue gemelli. hęc naturales philosophi geminis adi-

ciunt quę hominibus presunt & potissimum gemellis. perspectiui uero quę linee tractę ex stellis ad stellas geminorū figuras claudunt. Poetę castorem & pollucę imaginem ferunt esse hanc quę omnium fratrum amantissimi: neque de principatu contendentes: neque ullam rem sine consilio agentes: a Ioue inter notissima sydera constituti sunt. hęc generatim de geminis. Per partes uero Ptolemęus annotauit stellas pedum: quas principaliter mercuriales: secundario ueneras uult esse stellas foemoris dicentes esse laetnias: has Hyginus ponit in genibus: quod forsitan Ptolemęus sentit. nam meros gręce latine est tum foemur: tum costatum inguen: tum crus: etiam & genu. Itęque animaduertit stellas amborum capitum: quę comuni nomine a babiloniis albegat nuncupant: speciali uero: quę in capite anteriori: caput canis: quę in posteriori caput subsequens geminorū: gręce uero quę in capite anteriori stella Apollinis: estque Mercurio similis: quę fulget in capite posteriori stella dicitur Herculis Marti conueniens. Hyginus numerat stellas. xviii. quas (si placet) lege. Gręcus sine nomine huic adiicit regiones differentes. anterioribus partibus indicam & loca huic finitima. Itęque celticam: Galaciam: Tratiā: atque boeotiā. partibus mediis egyptū: Libyam: Romanos: Arabiam: Syriam. hęc de regionibus.

Stellarum uero Cancri: illę quidę duę quę ad pedes sitę sunt: easdę quas stella Mercurii uires habent: Martis quoque naturam quadam ex parte sequitur. Quę sunt ad chelas: Saturni ac Mercurii qualitates retinent. nebulosa uero uertigo quę est in eius pectore: quod pręsepe uocatur: Martis Lunęque uires habet. Stellę uero quę asini uocantur ad ipsum pręsepe constituti: Marti ac Soli similes esse perhibentur.

E nunciatum
xvi

Quarta cęli stellati imago est quę gręce.

Cardius dicitur latine Cancer. hanc can-
cro Naturales statuunt: q̄ Canceris & cete-
ris id gen⁹ præst. Perspectiu q̄ lineæ tra-
ctæ stellis ad stellas cancri describunt si-
guram. Poetæ q̄ Iunonis beneficio super
astra collocat. Stellæ Ptolemei quæ ad pe-
des: Mercurium præcipue & aliquantulu
Martem sequuntur. quæ sunt ad chelas
(chela dicunt illa duo rostra quæ mordet)
Saturnu ac Mercurium. edicunt a Chal-
deis a zubent. nebulosa uertigo: quæ chal-
daice est meelioph. græce nepheloides sy-
strophe: a nostris præsepe: martia ac luna-
ris est. Ceteræ patent. Hyginus enumerat
stellas. xviii. quas lege. Regiões uero huic
subiectæ (ut inquit Græcus) sunt: anteriori
oribus quidem Bactriana. sinistris zacyn-
thus: Acarnania. posteriorib⁹ uero Aethi-
opia: Schina. capiti etiã Meotica palus:
& qui circa incolunt: & Erythrea insula: &
Hyrcanicum mare: & Hellespontus. & ma-
re libycum: & Brestanica: & Thule insula.
pedibus Armenia: Cappadocia: Aradus:
Cos. ultimis cancri: in uentre Troglodyxias:
Ionia: Hellespontus.

Enunciatum
xvii. de stellis
leonis.

Stellarum uero quæ circa leonem
sunt: duæ illæ quæ ad caput descri-
buntur Saturno similes sunt: aliqua
tulum etiam Martis habent. Tres
illæ quæ ad collum cõstiuunt: Sa-
turno etiam similes sunt: quadam
etiam ex parte Mercurio. lucida q̄
est ad cor: uocata Regulus: Marti
ac Ioui similis est. lucidæ stellæ q̄
ad lumbum caudamq̄ formantur
Saturno Veneriq̄. Quæ in foemo-
ribus item Saturno similes sunt:
quadam etiam ex parte Mercurio.

Quintam stellati signiferi imaginẽ Leo-
ni dicunt: quæ & græce leon: latine leo di-
citur: Naturales quidem q̄ leonibus & fe-
rocibus animalibus rapacibus atq̄ au-
dacibus: ueluti leopardis pantheris &

id genus præst: Perspectiu uero q̄ si-
neq̄ e stellis ad stellas ductæ leonis cla-
udunt effigiem. Poetæ uero hanc ima-
ginem tribuunt leoni. tum q̄ omnium fe-
ratarum princeps extimatur: propterea Iup-
piter ipsum ad sidera transformauit. tum
q̄ cum leõe Herculis fuit prima certatio.
Et q̄ apud Hyginu stellæ notabiles sint
xviii. illæ quas Ptolem⁹ notat sunt duæ
capitis quæ chaldaicæ anchorath: quas sa-
turnias & aliquantulum martias uult esse
tres colli quas quoq̄ saturnias & aliqua ex
parte mercuriales uult esse. lucida quæ est
ad cor leonis: quæ a nostris rex siue regia:
Basiliſcus a græcis nuncupatur. hanc Mar-
ti ac Ioui similem appellat: quamq̄ si quis
hora genituræ cum Luna crecente habue-
rit in horoscopo aut in ipso celi mediot
ad magnas facultates magnaq̄ imperia
promouebitur. nec enim temere uocata
est regia. quoties Mars aut Saturn⁹ ad eã
peruenerit: rixas: contentiones: & grauiã
illi bella cõcitabit: Itẽq̄ sunt lucidæ stellæ
ad lumbum caudamq̄ Saturno Veneriq̄
similes. & quæ in foemorb⁹ Saturno simi-
les & aliquantulum Mercurio: has Ptole-
meus annotauit. Recetiores in oculis ob-
seruant duas: quas circuph uocant: in pe-
ctore quattuor dictas albagem. In cauda
est quæ astrapha chaldaice dicitur. Græc⁹
sine nomine leoni regiones adicit diuer-
sas: capiti quidem Celticam & continua
loca: anteriorib⁹ leonis partibus Bithynia
dextris Macedonia & affinia loca. sinistris
Propontis. pedibus Galaciam. uentri Cel-
ticam atq̄ Traciam. clunibus Phoeniciã
Adriam: Libyam: mediis Phygiam: Syriã
caudæ Pyſenum. hæc de regionibus.

Stellarum uero quæ ad uirginem
sunt: quæ quidẽ ad caput atq̄ ad
apicẽ australis alæ cõstitutæ sunt:
Mercurii naturam referunt: habet
etiam Martis aliquantulum. Reli-
quæ stellæ eiusdem alæ: quæ quidẽ lu-
cidæ sunt: & quæ ad cingulos pu-
dendorum figurantur: Mercurii &

Enunciatum
xviii. de stel-
lis uirginis.

LIBER

dendorum figuratur: Mercurii & quadam ex parte Veneris naturam sequuntur. Stella lucida quae est ad alam septentrionalem: quae dicitur Vindemiator: Saturni Mercuriique qualitates habet. Quae autem uocatur Spica: Veneris qualitates retinet: habet etiam Martis aliquantulum. Quae ad summos Virginis pedes: quaeque dicuntur in ipsa ueste constitutae: Mercurio & quadam ex parte Marti similes esse phibentur.

Serra imago alata formatur in caelo: cuius altera ala ad austrum declinat: altera in septentrionem assurgit. haec graece Parthenos latine Virgo dicitur. Dedicant autem potissimum hanc Virgini: Naturales quidem mulieribus & praecipue uirginibus praestant. Perseptiuui uero quae omnes lineae ductae uirginis specie describunt. Poetae uero uel quae Iouis & Themidis filia ad sidera transformata est: ut Hesiodus est autor: uel quae Aestri & Aurora nata: quo tempore aurea florere secula. Hyginus huius stellas annotauit xvi. Ptolemaeus uero etiam a partibus Virginis posituris plures annotauerit: nominatim tamen annotauit eam: quae graece est Protrygeter: a nostris Vindemiator: a Chaldeis almuzedie alaraph. Itemque eam quae a nostris Spica: a graecis Stachys: chaldaice est Azimon alazel. harum & loca & Idiotecpias adiiicit: quae omnia patent. Regiones huic subiectas non annotauit graecus.

Stellae quae sunt ad ipsa summa cornua librae: iouiae mercurialisque qualitatis sunt. quae uero ad media saturniae: quadam ex parte Martiae sunt.

Veteres Scorpium ita in caelo effigiuere ut duo illius caeli signa occupare uellent: & priorem quidem eius partem: quae a nostris libra dicitur: chelas graeci uocauerunt. Hanc

signiferi partem librae tribuunt: Naturales quidem quia ponderibus equitati: iustitiaeque ceterisque id genus praestant. Perseptiuui uero quae e stellis ad stellas lineae si ducantur: librae figuram claudunt. Per huius signi partem apparet uia stellulis: quae graece Spora des dicuntur: descripta: quae ad meridiem regione declinat: applicansque ad septentrionis uerticem. cuius latitudo ab .viii. librae parte usque in Scorpii tertiam ampliatur: ut Albulas est autor. hanc nonnulli uiam combustionis uocant. Physici uero gala siue (ut latine loquar) lacteamque uiam: quandoque alii uelint lac caelum per medium diuidere transiens per Sagittarium & Geminos. stellas quas Ptolemaeus annotauit: patent.

Stellarum uero quae in ipsius Scorpii sunt corpore: lucidae quae in fronte perlucet: martias uires habent: Saturni etiam aliquantulum. e tribus stellis in Scorpii interscapili distinctis: media illa rutila quae lucidior est: Antares dicta: martia est: aliquantulum et Iouia. haec Cornu Scorpii nuncupatur. quae in caudae internodiis sitae sunt: saturniae quaedamque ex parte mercuriales sunt. quae in aculeo: mercuriales martiaeque. quae sequitur nebulosa uertigo: Martis Lunaeque naturam sequitur.

Octauam caeli imaginem tribuit Scorpio: quia illius stellae Scorpio & animalibus uenenosis & eius generis praesunt. Amplius lineae e stellis ductae Scorpii figuram claudunt. Et licet Hyginus .xix. stellas annotauerit: Ptolemaeus nominatim obseruauit eam quae graece Antares: a recentioribus latinis Cornu Scorpii appellatur: & eam quam graeci Nepheloides sistrophen id est nebulosum globum uocant: Chaldei alacha. cetera patent.

Stellarum Sagittarii: quae quidem

E nuntiaturum
xx. de stellis
scorpii.

E nuntiaturum
xxi. de stellis
sagittarii.

E nuntiaturum
xix. de stellis
librae.

est ad sagittæ cuspidē posita: mar-
tiam lunaremque efficaciam habet.
Quæ uero sunt in arcu ad manu-
briū: iouias martiasque uires hñt.
Globus stellarū quæ in eius sunt
corpore: Solis & Martis naturam
imitantur. Quæ sunt in cōmissura
atque in dorso: Marti similes sunt:
quadam ex parte Mercurio. Quæ
in pedibus: Ioui Saturnoque. Stel-
læ ad caudam positæ in figuram
quadranguli: Veneris naturam se-
quuntur: hñt & saturnium quiddā.

Nonam coeli formā Sagittario: qui græ-
ce est toxotes dedicantur quæ eius stellæ
ariolis: balistariis: monstris: miraculis ac
portentis præsumunt. Itemque & tonitruis & in-
strumentis quibus uulnera fiunt, tum quæ li-
næe stellis ad stellas ductæ Sagittarii fi-
guram describunt. Quæ de clara sunt, ue-
rum quantum ad græca attinet: capulum
id est ubi manus circumcapit: intellige.

Stellarum Capricorni: Quæ qui-
dem ad cornua positæ sunt: Vene-
rem imitantur: licet Martis non ni-
hil habeant. Quæ in ore collocan-
tur: Saturno similes sunt: quadam
etiam ex parte Veneri. Quæ sunt
in pedibus atque in uentre: Martem
Mercuriumque imitantur. Quæ ad
caudam: Iouem atque Saturnum.

Decimam formā Capricorno: qui græce
est Aegoceros: tribuunt: tū quæ capris & cæ-
teris id genus præstitum quæ lineæe stellis
ad stellas designatæ: figuram claudunt Ca-
pricorni. Græcus lineæ nomine regiones adi-
cit huic ad uespertinam & meridianā re-
gionem omnia latera Aegæi maris & cir-
ca incolentes: atque Corinthum. cingulo

Sycion. dorso Magna maria. caudæ Iberis.
capiti Thyrrenum pelagus. uentri circun-
dantes incolas. mediis Aegyptū: Syriam.

Stellarū Aquarii: Quæ quidē ad
humeros ponuntur: quæque sunt in
eis sinistra atque in ueste: Mercurio
Saturnoque similia faciunt. Quæ in
foemoribus: magis Mercurio: mi-
nus Saturno similes sunt. Quæ
uero in cauda atque in lini dorso: Sa-
turno & aliqua ex parte Ioui simi-
les sunt. Quæ ad effusionē aquæ:
Saturni naturam sequuntur: non
nihil etiam Iouis habent.

Undecimam coeli figuram Aquario tribu-
unt: qui græce est Hydrochoos: tum quæ flu-
minibus: fontibus: aquis: foxis: ac lacunis
stellæ illius præsumunt: tum quoque quæ lineæe
stellis ad stellas ductæ: Aquarii figurā cla-
udunt. Græcus regiones addit huic subie-
ctas. precedentibus Syriam. mediis Euphra-
tem & Tygrin: Aegyptum & Libyam: & flu-
mina ægyptia: & Indi flumen. medio Cal-
pen: Tanain atque ceteros fluuios. pedibus
Austrum & Zephyrum.

Stellarum Piscium: Quæ quidem
sunt ad piscis australis caput: eadē
quæ Mercurius efficiunt: Saturni
quoque aliquantulū habent. Quæ
uero in dorso: eadem quæ Iuppi-
ter & Mercurius agunt. Stellæ que
ad Piscis australis caudā atque lineo-
lam australem: saturniam naturā
retinent: quadam ex parte Mercu-
rium quoque imitantur. Quæ sunt
in dorso & spina piscis septentrio-
nalis: Iouis similes sunt: non nihil
Veneris etiam habent. Quæ sunt

Enuntiatum
xxiii. de stel-
lis aquarii.

Enuntiatum
xxiiii. de stel-
lis piscium.

Enuntiatum
xxii. de stel-
lis capicorni.

LIBER

In lino septentrionali: Saturni ac Iouis naturas sequuntur. Lucidae nodi coelestis stellae: martiae sunt: quaedam etiam ex parte mercuriales.

Ultimam coeli formam Piscibus tribuit qui graece sunt Ichthyes: tum quod piscibus caeteris id genus stellae illi praesunt: tum quod sic in coelo figuratur. Quatuor uero ad graeca uerba attinet: Pisces gemini sunt: & alter quidem notius id est australis: alter uero boreus id est septentrionalis: propterea de utroque pisce Ptolemeus loquitur. Amplius animaduersione dignum: quod Pisces hi quodam filo colligati figurantur: quod alii linum: alii lineolam: alii ligamentum uocant: propterea de lineola hac stellae quae sunt ad piscis australis caudam atque lineolam australem: saturniam naturam retinet. Item animaduertendum in hac coeli parte: hoc est inter Pisces & Arietem: esse stellas quasdam in orbe dispositas: quas graeci syndesmon: latini nodum coelestem uocant: propterea inquit lucidae nodi coelestis stellae. Graecus sine nomine mediis Piscium partibus atque caudae adiicit Rubra maria: Persen & affinia loca: Mare quoque arabicum: Boristenen. partibus praecedentibus. Indicum: Euphratem & Tygrin. Haec de Piscibus atque de stellis fixis zodiaci uulgarioribus: quae ad nullam eiusdem zodiaci regionem uergunt: sed sunt (ut dixit) per illius medium collocatae. Vtrum uero detur zodiacus alter praeter hunc realis uel imaginarius: secundo de nostrarum calamitatum causis disputauimus: fortasse enim quaedam adiciemus in fine ad rem nostram utilia.

Enuntiatum xxv. de assurgentibus in septentrionem.

Formarum uero quae in septentrionem assurgunt: lucidae quaedam stellae quae ad minorem uersam sunt: Saturni qualitati similem qualitatem habent: aliquantulum etiam Veneris similitudinis. Quae uero ad uersam maiorem: Martis similitudinem referunt. Crinitus stellarum chorus

qui est sub huius caudam: Lunae Venerisque qualitatibus perfimilis est. Lucidae stellae quae sunt ad Draconem: saturniae martiaeque efficaciae sunt. Stellae Cephei sunt iouiae: itaque saturniae. quae ad Bootem sunt: mercuriales saturniaeque. Rutila & illustris stella cui nomen est Arcturos: Martis ac Iouis qualitate retinet. Quae in septentrionali Corona dispositae sunt: eadem quae Veneris ac Mercurius agunt. Quae ad eum quae in genibus collocantur: Mercurio similes sunt. Quae in Lyra sunt: Veneris ac Mercurio. stellae quae Gallinam constituent: eadem Veneris ac Mercurii naturam sequuntur. Quae sunt ad Cassiopem: Saturni ac ueneris. quae ad Perseum: Iouis & Saturni qualitates retinent. Globus stellarum qui est ad caput Gladii: martius est. Lucidae stellae quae in Heniocho: Marti Mercurioque similes sunt. Quae in Serpentario: Saturni qualitatem retinet: hinc & Veneris quaedam. Quae in ipso Serpente collocantur: quales Saturnus & Mars efficiunt. Quae ad Sagittam positae sunt: Martis naturam imitantur: non nihil etiam Veneris habent. Stellae Aquilam constituentes: martiae ac iouiae naturae sunt. Quae Delphinum describunt: Saturno Martique similia operantur. Lucidae stellae quae ad Equum sunt: Marti ac Mercurio similes sunt. Quae in Andromeda: ueneriae. quae in Triangulo: mercurialis qualitatis esse prohibetur.

Hactenus

Hactenus de formis per medium Zodi-
 aci constitutis Ptolemæus eruditorio mo-
 re prodidit: nunc & de affurgentibus in
 Septentrionem: quandoquidem septen-
 trionalis regio pollentior nobis sit atq[ue]
 prima. Nec de stellis harum forma-
 rum scribit nisi eruditionis causa. suppo-
 nit autem loca uerificata earum: ut di-
 ximus & dicemus. Animaduersione di-
 gnum (ut Arabs Ptolemei interpres di-
 cit) stellas per medium Zodiaci consti-
 tutas: esse pollentiores & primæ uirtutis:
 Septentrionales uero esse secundæ uir-
 tutis: tantoq[ue] pollentiores quanto Zodi-
 aco propiores sunt ac minus deuic: Au-
 strales uero tertig: atq[ue] ibecilliores: quã-
 ro australiores. Cãm uero affert ex iis quæ
 dicta sunt in perspectiuisq[ue] stelle agūt ad
 nos p[er] radios cadētes recte: & qm̄ radii stel-
 larū Zodiaci angulos efficiunt ad nos re-
 ctiores: & post illos sunt radii septentriō-
 les: ideo & uirtutes simili rōne constitu-
 tur ad nos: qua & anguli radiorū. uerū in-
 colentibus meridiem & circa & ultra equi-
 noctium: australes stelle uites maximas
 emittunt atq[ue] pollentiores q̄ mitterent sep-
 tentrionales: propter cãm eandē. sed de ui-
 ribus stellarum in fine dicemus: nunc ue-
 ro supponamus ad nos septentrionales for-
 mas esse secundas: & post illas Zodiaci ef-
 se examinandas. Amplius animaduerten-
 dum eiusmodi formas: quæ fabulose tradi-
 te sunt a Poetis: non absq[ue] ratiōe in cœli
 trãllatas esse: nam & si ipsi fabulose in cœ-
 lum transferant & rei ueritate nulla fuerit
 trãllatio illa: colorem tamen habet hæc
 eorum ficta trãllatio: quando ea quæ sunt
 generis ei⁹ apud nos ad sua cœli signa re-
 ferantur. Non multis ante annis cū Satur-
 ni Martiq[ue] coniunctio in Tauro horridis-
 sima hyeme frigora effecisset: obseruau-
 mus magnam bobus calamitatem atulif-
 se. & q̄q̄ ouis tollerando frigora est imbe-
 cillior: in boues tamen uehementius pe-
 stis illa defecit: propter signū cœleste ad
 quod terrestris bos refertur. quæ coniu-
 ctio si fuisset in Ariete: nimirum iu oues
 sequius grassata esset. Obseruauim̄ nō semel
 defectus Solis & Lunę insignis humanis
 horridissimas calamitates hominibus ex-

citasse. Hismet temporibus obseruauim̄ dese-
 ctionem in ipsa nauis imagine: & nō mul-
 to post secuta fuit magna nauium iactura
 atq[ue] naufragium. In hominum natalibus
 quando pericula exquiruntur si malefica
 stella minuetur e Gemini: nimirum ma-
 lum id pro signi natura inferitur ab homi-
 ne: cum signum illud humanū sit. Cui utri-
 nus i capite a malefico planeta infligitur
 is Arietem habuit male fortunatum in ge-
 nitura: præest enim Aries capiti. Rex agri-
 scriprores tradunt non edi a muribus ui-
 ris eius uuas: quæ noctu putata fuerit Lu-
 na plena Leōem peragante. Quæ res do-
 cet fabulas has quibus Poetæ in cœli trãl-
 ferunt ipsas res: non esse aniles sed ratiōe
 naturali fulcitas. Supponamus igitur &
 nomia imaginum & figuras: ut Aratus &
 Hygini⁹ scribunt: quia nobis ad eruditio-
 nes iuuenum satis erit. Quântum uero ad
 græca uerba attinet illa cœli siue forma: si-
 ue imago: siue signis: quæ græce Draco est:
 a non nullis Serpens aut Anguis dicitur.
 Stella cui græcum nomē est Arcturo: chal-
 daice dicitur azimech apamet. Stelle Co-
 ronę chaldaice sunt malfelcare. Illā signū
 quod a maioribus tum græcis tum latinis
 Lyra dicebatur: nunc Vulturem caden-
 tem nostri uocant: chaldaice uero uoca-
 tur asange. Illa cœli etiam imago: quæ
 Heniochus græce est: a nostris Auriga
 uocatur. Illa quoq[ue] quæ græce est Ophio-
 chus a nostris Serpentarius dicitur. Item
 & quæ græce est Aetos: latine apud multos
 recentiores Vultur uolans dicitur. Hæc
 de stellis quæ i signis ab orbe signifero in
 septentrionem affurgentibus constituta
 sunt: dicta sunt.

alia obseruatio

obseruatio in naturis

Historia

Enunciaturus xxvi. de in austris declinatibus

Earum uero quæ in australibus
 Zodiaci imaginibus sunt: lucida
 quæ in piscis australis ore fulger:
 operationes ueneris mercuriali-
 busq[ue] similes facit. Quæ i Pristice
 saturniæ sunt. Earum autē quæ ad
 Oriōem: stella quæ in humeris col-
 locatur: Marti Mercurioq[ue] similes
 Ci

Obseruatio circa an-
ticitates

Obseruatio circa defectus
luminarum

LIBER

est. Quæ aliæ lucidæ stellæ ibidem sunt: Iouis ac Saturni naturas imitantur. Earum quæ in Flumine:ultima quidem & fulgida Iouia est: cæteræ saturniæ. Quæ in Lepore: saturniæ ac mercuriales esse perhibetur. Quæ in Cane: ueneræ sūt omnes præter eam quæ in oræ luget: quæ iouia est: aliquatulum etiam Martis habes. Quæ in Procyone est lucida stella: Mercurii qualitatem habet: nec non & Martis aliquatulum. Stellæ quæ ad Anguem fulgent: saturniæ sunt atq; ueneræ. Quæ in Cratere: similiter ueneræ sunt: quadam etiam a parte mercuriales. Quæ ad Coruū martiæ ac saturniæ. Quæ in nauī Argo perlucet: saturni ac iouis qualitates sequuntur. Quæ ad Centaurum: hoc est stellæ illæ quæ in parte humana corporis sunt: Veneris ac Martis efficaciam habent. Quæ uero splendescunt in parte equiatum Veneris: cum Iouis uires assecutæ perhibetur. Quæ ad Lupum sunt lucidæ stellæ: Saturnum imitantur: habet & Martis quiddam. Quæ in Thuribulo: ueneræ sunt atq; ex pte aliqua mercuriales. Stella quæ splendescit Corona in australi: cum Mercurii tum Saturni qualitati similitudinem qualitatem habet.

Hæc sunt quæ Ptolemæus scripsit de pte stellarum fixarum tam per medium signi fieri collocatarū: q̄ ad alteram regionū uer gentium. Quantum uero ad græca uerba

attinet: ea cœli siue forma siue imago quæ latie est Pristix: græce est cetus: quæ piscis cuiusdā refert effigiem: & in cœlū translatus fuit: q̄ e Neptūno missus sit ut Andromedā interficeret: sed cum a Perseo sit interfectus: inter sydera collocatur. Eam uero quæ Oriō græce est: recentiores Fortissimum cognominat: q̄ in forma strenui militis in cœlum translatus sit: concessumq; ei est ut super fluctus curreret & in terra super aristas: eoq; Neptūni filius fingit. Eā quæ græce est Potamos: nostri flumē: multi etiam Eridianum uocant: cuius lucidissima stella Canopus appellatur. Canopus autem insula est quæ flumine abluirur Nilo. huius stelle meminit Ptolemæus hic. Ea quoq; cœli species quæ græce est Lagoos latine Lepus dicitur. hæc inter sydera constituta est: quia insula Lero leporitus occupata est. Est etiā in cœlo duplex Canis alter qui græce Cyn. cuius una stella quæ in ore luget: Canicula dicta est: a Chaldeis asceher: e qua & dies Caniculares descendunt. est & qui græce Procyn: latine anticanis dicitur: q̄ ante maiorem canem exoriri uidet. De hac inquit Hippocrates: sub cane & ante canem molestæ sunt portiones. Primus canis nostris tēporibus est in Cancri pte. vii. hic procyn dicitur: & latine canis minor: & chaldaice alhahar: eo q̄ primo occulatur & primo exoritur. occultatur enim cum sol. vii. Cancri partem peragrat: & apud Ptolemæū per. xviii. ptes ante: & xviii. post: quanto numero partium solaris orbis est. qua ratione fit ut dies procyonales sint numero circiter. xxxvi. qua ratio docet dies hosce incipere die Iunii ferre. iii. quo uidelicet sol partē Geminorū. xxi. ea enim pars est ante. vii. Cancri peragrat: quo numero partium distat per xviii. a. vii. dies uero caniculares qui post Canem stellam perficiuntur: incipiunt ferre. xii. Iunii: quo primam Cancri partem Sol ingreditur: medium est. xviii. partem Cancri quum peragrat: quia Canis maior nunc in. xviii. Cancri parte est. prima uidelicet Iulii: finis uero uigesima Iulii: quia tūc Sol numero partium. xviii. e medio distat. hæc Astronomi dicerēt. Verū Medici q̄ res sensu diiudicant: tunc caniculares

dicunt: quando maximus niget calor quo tempore summa humidi naturalis fit resolutio: hac de causa molestas esse portiones autumant: q̄ resolutio resolutioni adiicitur. sunt coelestium rerum scriptores non absq̄ ratione moti: qui afferunt tunc incipere procyonales dies: hoc est antecaniculares: quum procyō exoritur. procyō enim in parte Cancri septia nūc est: exoritur uero maturine quum præcedit Solem partibus circiter. xiii. quę ratio docet tunc exoriri: quando Sol peragrat Cancri. xx. partem fere. nam & tunc apparet & tunc lucana est: primoq̄ exoritur: peragrat autem Sol. xx. partem Cancri die fere tertio Iulii: quare tunc incipiunt dies procyonales. Canis uero maior nunc est in. xviii. parte Cancri: exoritur autem lucane cum Solem præcedit. xiii. fere partibus: præcedit autem Solem tantum partium numero cum Sol primam Leonis partem peragrat: & tunc exoritur Canis maior: & tunc caniculares dies incipiunt: & ita die. xiiii. Iulii fere incipiunt: q̄ tunc Sol fere primam Leonis partem peragrat. sed de fine procyonaliū & canicularium omnes fere sentiunt tunc esse: quādo Sol trāsfert se ad signū cōmune: hoc est in Virginem: tunc enim fere dies qualitatem mutant & ad aliam accedunt complexionem: hoc autem est circiter medium Augusti: q̄ tunc Sol Virginem ingreditur. Hinc patet differentia dierum procyonaliū a diebus canicularibus esse dies. xi. propterea inquit Hippocrates sub cane: hoc est diebus Iulii. xiiii. & ante canem hoc ē dies procyonales per. xi. ante molestę sunt portiones. Galenus uero quādam placita computatione libro secundo elemētorum capite primo dies procyonales & caniculares iunctos uult esse. xl. quosq̄. x. Iulii incipere. xx. Augusti desinere. quidam medici astronomię atq̄ gręcarum litteratarum inexpertes aiunt tot dies esse infaustos hyeme contrariis uidelicet temporibus quo Sol per oppositum Caniculę decurrit: & hoc Hippocratem sentire aiunt: cum dicunt sub cane & ante canē accipiunt enim ante pro contra. hęc enim penitus deliramenta sunt: quando

quidem Hippocrates dicat sub cane & procyō modo procyō est canis minor: qui præoritur ante canem cum. vii. uidelicet parte Cancri his temporibus maior canis cum parte Cancri. xviii. approbo tamen diebus hyemis frigidissimis molestas esse portiones: non tamē ex textu Hippocratis ibidem colligo: sed alibi pluries. hęc dicta sunt obiter non quidē ad necessitatem sed ad doctrinę amplitudinem. Fa cœli etiam imago: quę gręce est Hydros: latine est anguis: a recentioribus uero nescio qua ratione ductis: magnanimus uocatur. Alia quoq̄ tum gręce tū latine Crater dicitur. Alia quę latine Coruus: gręce est corax. Quę Argos gręce: latine nauis est. Alia tum a nostris tum a gręcis Centaurus. quę uero gręce est Therion: latine est tum fera: tum belua: tum lupus. Quę Thymiatheō gręce: latine est acera siue thuribulum: a non nullis ara dicitur. Quę quoq̄ gręce est Stephanos: latine est Corona. hęc quo ad nomina imaginum tā gręca q̄ latina. Ex iis perspicuum est. xlvi. esse imagines siue formas: uel (ut gręce loquar) morphosēs. xii. quidem per mediū signiferi collocatas. xxi. ad septentrionem assurgentes. xv. ad meridiem declinantes. Poetę uero adiiciunt circulum lacteū multas ob fabulas: quem Ptolemęus hic prætermisit & ubiq̄. in isto enim stellę sunt q̄ gręce Sporades: latine stellę paruę disseminatę ac minutę dicuntur. uerum facile tollitur q̄ Ptolemęus has imagines ad rerum euenta præordinat iudicanda: quorū index nō est galę: hoc est lac ipsum: Poetę uero ad colores inter quos potest esse lac. Hinc iure patet septentrionalem cœli regionem esse p̄stabiliorem meridionalis: tum q̄ illius imagines sunt prestantiores tum q̄ plures & pluribus stellis refertę. Illud tamē nos ancipites facit: q̄ cū nullū sit aręarum granum in terra quin sydus sibi cōperet in cœlo ut inquit Hermes: uidebit pp̄ hoc multo plures eē cœli formas: quādo species terreñę plures sint q̄. xlvi. Videtur itaq̄ (ut Porphyrius inquit) q̄ una eademq̄ cœli siue forma siue species pluribus animalis ac rerum speciebus p̄stiti uerbi cā cœlestis coruus nō tū coruis sed

Canis maior
quid sit

u. peragrat
m. parte
s. c. u. t. u.
Canis maior

LIBER

etiam corniculis picis graculis & cæteris proximis præest. Gallina quoque coelestis non solum gallinis præest: sed perdicibus fasianis & id genus. Canis etiam coelestis canibus uulpibus & id genus. sic igitur hæc xlviij. species sufficiunt pro rerum speciebus protegendis. Sed de ordine stellarum aliqua ut Arabs Ptolemæi interpret tangit: transigamus. Coelestium rerum primæ & potentissimæ sunt lumina: Sol uide licet & Luna: & (ut Porphyrius inquit) ueluti principes: Sol quidē quæ luce & magnitudine excellit: Luna uero quæ finitima & lucetior aliis. Secundæ sunt quinque stellæ errantes siue plæctæ: primo quia nobis propriores sunt quæ fixæ: secundo quæ pluribus motibus mouentur. agunt enim stellæ lumine & motu: modo & si fixarum non nullæ lucentiores sunt: tamen paucioribus motibus mouentur: iccirco planetæ pollentiores perhibent. & inter Planetas pollentiores sunt tres superiores: quæ cum Sole uariis cõfigurationibus iungunt: ceteri inferiores sunt semper fere combusti: atque e Sole attriti. tertiæ sunt fixæ & ultimo loco habedæ: nõ tamen una ratione. nam eæ stellæ quæ primæ sunt magnitudinis: primo loco habedæ sunt: ceteræ pro ratione magnitudinis statuendæ. Amplius inter has eæ prioræ: quæ minus e Zodiaco distant. Adhuc & distantium: eæ prioræ: quæ ad septentrionem uergunt. Rursus & quæ indirecto apicis: sunt primo habedæ. Itemque & ea fixa quæ est cum planeta iuncta uel configurata latitudine & longitudine: pollentior est ea quæ est soliuaga etiam & quæ cardinalior pollentior est. Habent quodammodo cum Sole & horoscopo potestates differetes fixæ ipsæ: uerbi causa Cor leonis in primo quadrangulo cum Sole humectat: in secundo calefacit: in tercio exiccat: ultimo infrigidat: ut de ipsiis planetis diximus. similiter & cum horoscopo: masculoscunt enim fixæ & foeminescunt non aliter per habitum ad Solem & ad horoscopum: quæ planetæ: quando eiusmodi stellæ planetas imitentur. hæc de ordine. Vterius & de uiribus fixarum stellarum siue imaginum quedam etiam transigamus: & primo quæ fixarum pollentes sunt regibus creandis. diuturna namque

obseruatio docuit stellas quasdam maximas afferre felicitates solere quoties nascete aliquo in orientis aut medii coeli cardine: aut cum ipsa parte fortis: aut cum Sole Lunaque partiliter reperiuntur. sed quamuis lucidæ stellæ permultæ sint & in uariis signis diuersis: coeli locis posita: quæ tamen regis atque augustæ dicuntur: & paucæ sunt & in quatuor tantum dodecatemoriis collocata: hoc est Tauro & Leone: & in his oppositis signis: Scorpio & Aquario. hæc in primis (ut dixi) quando in genitura cardinalibus partiliter inuenta sunt: maximas facultates decernunt: quando natum ita extollunt ut & legionibus præficiant: & moderandis populis principem ac regem statuunt: licet ipsa sit obscuris parentibus atque humilibus natus: ut Ptolemæus inquit in libro. c. enunciatorum: enunciato xxix. sunt autem stellæ hæc quæ uerbo arabico beubemæ dicuntur: latine corda fixarum imaginum. ueluti cor Tauri quæ chaldaice aldebaram: græce lampadias nuncupatur. hæc nostris temporibus. M. D. V. partiliter inuenitur in geminorum parte fere secunda. hanc in coeli medio ferunt habuisse Nicolaum Piccininum lanii filium. Est & alia quæ & Cor leonis a nostris dicitur: a græcis Basiliscus: hoc est tegulus: a chaldeis uero calbeled: quæ nunc in Leonis ipsius parte fere. xxij. collocat. hæc stellam qui hora genitura cum Luna crescente habuerit in horoscopo aut in ipso coeli medio: ad magnas felicitates magnaque imperia promouebitur: propterea regia uocata est. hanc sic in coeli medio nonnulli obseruatores. Sixtum Pontificem quartum habuisse aiunt. Tertia est Cor Scorpii: quæ chaldei chalbaladrah uocant: græce uero est Antares: quæ nunc est in Sagittarii parte secunda fere. hæc martia est: siquæ uelut est iouia. ferunt quoque & hæc Mutum Sfortiam qui Mediolani ducatum adeptus est: in genitura horoscopatè habuisse cum Marte & Luna bene constitutam. Quarta uero ea est: quæ chaldaice somahant: latine postremum fusionis aquæ. hæc Saturni naturam sequitur: non nihil etiã Iouis: quæ nunc collocatur in. xix. Aquarii parte. hanc nonnulli Mathematici culminasse

stelle
Auguste

Cor δ
Cor Ω
Cor μ
Exepm

aliud

Cor δ in 2 parte II
Cor Ω in 22 parte ipsius Ω
Cor μ in 2 parte II
Aquarii post partem in 9 parte ipsius e-

In natali Catemalatē aiunt. inter has enu-
merant Arabes Ptolemei interpretes in-
comentariis libri. c. enunciatorum enun-
ciato. xxix. omnes stellas primę magnitu-
dinis: quando hęc ob lucis præstatiā beu-
bemie hoc est quemadmodum corda cę-
terarū perhibeantur. ut enim cor certa mē-
bra calore & uiribus excellit: ita stellę pri-
mę magnitudinis lucis præstatiā cunctas
superant: præcipue si parum e signifero di-
stent. has si quis geniturę hora in horo: co-
po: aut cœli medio: aut cum luminari cõ-
ditionatio: hoc est cum Sole de die & Lu-
na de nocte: aut cum loco sortis habuerit:
ad magnas facultates atq; imperia pmo-
uebitur. Observauimus & nos in natali cu-
iusdā magni Spicę: quę gręce est stachys:
chaldaice azimon alazel siue azimec: ho-
rosco passie: & cum Luna & Marte bene se
habere. hic (ut credo) nulla alia cœli con-
stitutione tam magna gessit & inopinate.
Adiicit tamen Ptolemęus enunciato illo:
quas tamen plerunq; calamitatibus insi-
gniunt: nisi & planetę ad felicitatem con-
ueniant. cū enim maleficę stellis his discõ-
uenerint: calamitosum finē plerunq; pa-
rāt. recte itaq; Arabs has stellas primę mo-
lis beubemias hoc est corda cęterarū uo-
cat: & inter regias collocat. hęc de uiribus
regiis. Et de uiribus ad naturę occulta ali-
qua adiciamus. Thebitius de proprietati-
bus stellarum quatuordecim stellas pollē-
tes esse asserit cum suis in terra compari-
bus. Prima est caput argol: quam Chal-
dei rasdagol uocāt. hęc nūc. M. D. V. sup-
putādo fere inuenta est i Tauri parte deci-
manona. huic stellę terrestris stella conue-
niens est adamas: herba quoq; eidem pe-
culiaris est arthemisia. hęc stella cū sit sa-
turnia: plumbum sibi subiicit. etiam cū Ve-
neris participet aliquantulum: aurum ha-
bet. sed cum apud alios sit iouia: stannum
sibi adiciūt. Post hęc sunt Vergilię: quas
gręci Pleiades: chaldei Achōragias uocāt.
huius quoq; lapis est Crystallus aut dia-
cedus. herba uero semen feniculi tritum
cum argento uiuo. hęc cum iouię sint & lu-
cares: præfunt argento & stanno. hęc ad an-
nos nostros sunt partiliter in Tauri parte
trigesimā prima. Tertia est quę chaldaice

Algomētia: gręce Procydā: latine canis mi-
nor siue antecanis. hęc ad annos nostros
supputatur in Cancrī parte decima octa-
ua. huius quidem lapis est achates: herba
uero flos solsequię hoc est cicoreę cū flo-
re pulegii. quę cum martia sit: ferro præest.
Quarta est extremum caudę Vrsę maio-
ris: quę chaldaice benenaceth nuncupa-
tur. hęc ad annos nostros est in Virginis
pte decimanona. cuius lapis est magnes:
herba flos cicoreę cum ferro arthemisię.
quę cum sit martia: ferro præest. Quinta
est Vultur cadēs: quę a maioribus nostris
tum gręcis tū latinis Lyra dicebatur: cal-
daice Ruega. hęc annis nostris in Capri-
corni parte septima fere existit. huius la-
pis est quem aliqui chrysolithū dicunt: alii
ab auri colore chrysoliti: herba quoq;
saturegia & fumiterra. sibi aurum adiciūt
cum sit uenerea. Sexta cœli stella est Ca-
nis maior: quę a Chaldeis alhabor dicitur.
hęc nunc septimam Cancrī partem p-
agrat. huius lapis quidem berillus est: her-
ba uero Sabina cum arthemisia: dragon-
tia: & parum delingua colubri: quę cū sit
Iouia & Martia stanno & ferro præest. Se-
ptima Hyrcus: quę chaldaice dicitur hala-
iot. hęc nunc quartamdecimam Gemino-
rum partem decutrit. huius lapis quidem
est zaphyrus: herba uero semen marubii
cum aliquantulo mentę & arthemisię atq;
mandragorę. quę cū martia sit: præest fer-
ro & stāno. Octaua ex Hyadibus: quās la-
tini ueteres Succulas dixerunt: est illa tu-
tila quę gręce est Lampadias: chaldaice al-
debaram. hęc annis nostris partem gemi-
norum secundam discutrit. huius quidem
lapis est rubinus: herba uero ritimalus: cū
eiusdem semine. quę cum martię sit effica-
cis ferrum habet. Nona est cor Leonis: quę
nunc est in Leonis parte uigesimā secun-
da. huius quidem lapis est granata: her-
ba uero celidōia cū mastice: quę cū mar-
tia sit aciouia: stannū habet & ferrū. Decia-
Spica: quę chaldaice est azimech: quę e-
i parte Librę sextadecima. huic lapis sma-
ragdus: herba uero saluia cū trifolio &
pmarulla & arthemisia & mandragora. quę
cū uenerea sit aurū habet: Undecima lucida
corō: septētriōalis: quę chaldaice ē alpha

Ciii

Aliud

vide

Observatio
aut Sotis
de spica

de 14 ste-
llis fixis
capite Argol
p. 19

2 uergil

169 p. 18

17 p. 19

17

17 p. 7

II p. 14

II p. 2

17 p. 22

17 p. 10

hęcense est in Scorpii parte quarta. huius lapis est topacius: herba uero rosmarinus cum aliquantulo trifolii & hederę. hęc cum sit ueneręa: habet etiam aurum ut dicunt. Duodecima Cor scorpii in secunda Sagittarii parte nunc constituta. huius lapis est sardius: & cum illo est amethystus. herba uero aristologia longa cum modico croci. Tertiadecima ę Cauda capricornis: quę chaldęice dicitur deneb & aliquando aladtab: collocata quidę nunc in quartadecima parte Aquarii. huius lapis est macedonius: herba maiorana: latine amarus: nepitae: radix mandragorę cum arthemisia. hęc preest plumbo & stanno: & saturnia & iouia est. Quartadecima ę Vociferans: quę chaldęice est alrameh: nunc in Librę parte sextadecima: cuius lapis est aspis uiridis cum gustis sanguineis. herba plętago cum eius radice folio & semine. quę cum iouia ac martia sit: ferro & stanno preest. Virtutes autem harum stellarum ad actiones humanas ualent ut asserit Thebitius: nam qui primam stellam quę est caput algol inconuenientibus geniturę locis habuerit. u.g. in horoscopo uel in medio coeli cum Luna uel cõiunctam uel benefica configuratiõne affectam: sitq; uel bene se habens cum beneficiis: uel a maleficis libera: hic fortis est & audax: animi intueti: contra inimicos ualens: felix in itineribus atq; securus. Qui uero secundam stellam: hoc est Vergilię: horoscopatem uel culminantem cum Luna coniunctam uel configuratam benefice: a malis non affectam: uel a beneficiis affectam habuerit suo in natali: hic aptus erit cognoscere ab scõdita: & naturę occulta cognoscer: atq; the auros inueniet. Algõmeia in genitura simili modo affecta: natu gratiosum efficit. Qui extremum caudę Virę maioris: (q; ut diximus chaldęice est benetraceth) inconuenientibus geniturę locis cum Luna iunctam uel configuratam benefice: atq; cum beneficiis bene se habentem & non male cum maleficis: habuerit: is in itineribus securus & in rapinis astutus erit. Qui Ruegam in cõuenientibus geniturę locis cum Luna & ceteris stellis maleficis & beneficiis (ut dictum est) habuerit: is in om-

nibus actionibus ualebit. Qui Alhabor simili constitutione coeli in genitura habuerit: uires habebit inducendi pacem inter reges magnates & inter uirũ & uxorem: ceterosq; cuiusq; conditionis uitros: gratus quoq; erit omnibus hominibus. Qui natus erit Alaiothi simili ratione constituta: is exaltabitur ad magnas glorias: regibus pergratus erit ac potentatibus: & statum magnum sibi comparabit. Qui Aldebaram simili ratiõne affecta nascetur: hic diuitias congregabit: & ad magnas glorias assurget. Qui stella cordis leonis ita disposita generatur: hic melancholias & phantasmata non patietur: & moribus temperabitur: & gratus reddetur cunctis. Qui Spica simili ratiõne collata nascetur: in diuitiis crescit: lites uincet: & a malis facile liberabitur. Qui Ailpheta eadem ratione seruata: hic amicitias acquirere: & amorem: castitatem: mundus quoq; & bene uolus reddetur hominibus. Qui stella cordis scorpii bene constituta nascetur: is bono colore efficietur intelligens ac letus: quis non sapiens: erit sane memoria apud proceres. Qui cauda capricorni similiter affecta nascetur: in causis suis litis gratiam obtinebit: diuitiis crescit. Qui alrameh simili ratione constituta edetur: hic sanguinis fluxum non patietur. De moribus uero & orbibus pauca transigamus. & primo dicamus stellas fixas inter se anaphorice nunq; moueri: hoc ę semper sunt in æquali distantia inter se: hoc est non q; nunc sexangulę: nunc triangulę: nunc diametra: sed semper una & eadem ratione distantes uel proximę. tem hanc Ptolemęus noster per consideratiõem Abrachis declarat. nam licet ipse Abrachis de stellis fixis pauca admodum obseruationes reperuisset ante se factas: quia eas tantum quę fuerunt Arfatis & Timocharis: quibus tute credi non poterat: figuris tñ stellarum adinuicem tam earũ quę in Zodiaco sunt: q; ceterarum extra Zodiacum collocatarũ quas ipse Abrachis nouit: ad huc hodie inuariabiliter mãnisse uidemus. nam stella in labro meridiano Cancri: & stella lucida quę antecedit caput hydrę: ac stella lucida i cęe ascendere simili rõe cõstiti

m p 4
 12 =
 p 17
 p 16
 Caput Me
 dule que
 sut pign
 hinc
 p 1
 2
 3
 4
 5

6
 7
 8
 9
 10
 11
 12
 13
 14

tinentur: nunc qua & temporibus Abrachis. Amplius ceterę stellę quas ille obseruauit simili ratione nunc & tunc collocatur. modo cum inter Ptolemęum & Abrachen. cclx. anni fluxerint: & figurę stellarum eadę ratione collocentur nunc qua & tunc: iure Ptolemęus concludit stellas has fixas esse: & anaphorico motu minime moueri. sed cum e Ptolemęo ad nos anni circiter. M. ccc. & xl. fluxerint: & stellę q̄s Ptolemęus obseruauit eadem ratione constitutę sint: certiores sumus nunc anaphorice nunq̄ motas fuisse nec mouendas fore. Secundo dicunt & sensu patet: stellas fixas & ceteras stellas moueri motu diurno ab ortu in occasum. xxiiii. horis fere. hoc nulla alia ratione patet: nisi q̄ cor leonis quę oritur sensu patet occidi & in. xxiiii. horis fere exoriri. Tertio dicunt stellas fixas moueri secundum subcessionem signorum ab occasu in ortum: sed secundum diuersas obseruationes: nam Ptolemęus supponens radices motus illarum ab Abrache: qui per ccc. circiter annos eum precessit: ex differentia locorum concludit stellas fixas moueri in. c. annis gradu uno: & per consequens in. xxxvi. milibus annorum totum circumlum peragere. Thebitius uero ex differentiis locorum inter ipsum & Ptolemęum stellas fixas moueri in. lxxvi. annis gradu uno affirmauit. sic igitur ambo & fere omnes antiqui conuenere stellas fixas moueri secundum subcessionem signorum: licet quatuorates motus diuersimode obseruarint. Quarto asserunt stellas fixas difformiter moueri: hoc est nunc tarde nunc uelociter: ita ut caput Arietis stellarum & Librę circa punctum equinoctii circumuolui nunc a meridie in septentrionem: nunc contra per circellum quendam circa equinoctii punctum descriptum: quem motum accessiōis & recessiōis appellauit: supposuitq̄ declinationem semidiametri circelli ab equatore esse graduum quatuor: & minorum circiter decem & octo: quem quidem motum fieri aiunt in annis circiter septem milibus. Animaduerte q̄ tota etas nostra Alfonso & aliorum supponunt reuolutionem stellarum fixarum fieri in. xlix. milia annorum: accessus uero & recessus circulatione

in. vii. milibus: quę ratio docet septies circulatione trepidatiōis facta: stellas fixas. xlix. milia annorum fuisse reuolutas semel: quę de quantitate non sit nunc multa cura. hunc motum non nouit nec asseruit Ptolemęus quę olfecerit. stellas igitur fixas iis tribus differentiis motus moueri maior pars sapientum asserit. Ad saluandas istas tres differentias motus: quod antiquorum: ut autor est Ioannes de regio mote. vii. epitomatis libro: dixerunt sufficere unum orbem. mouebant autem q̄ sphaera hęc stellata perpetuo ab ortu in occasum mouetur. ille namq̄ tres differentię unico motu saluantur. q̄ enim motus ab occasu in ortum sit diuersus re a motu diurno: contra naturam uidetur esse motoris: qui suapte natura per e dextro parte mouet in sinistram secundo coeli: quare motum illum nulli celo tribuunt: sed ueris polis stellatę sphaerę duos gyros imaginarios describentes in. vi. aut. viii. aut. ix. aut. xxvi. milibus annorum: secundum diuersas obseruationes habentes diametrum. ix. uel. x. partium: saluant stellarum fixarum accessum uel recessum circa punctum equatoris & retardant illarum motum a locis in quibus presuerant. quę ratio docet: ut ille tres motus differentię non sint re diuersi: sed tres unius motus numero rationes secundum imaginarios circulos. Per hanc imaginationem quidam recentiores nostri. credunt Aristotelem & Auerroem concordare cum apparatus astronomicis: ut q̄ non detur alia sphaera supra octauam: q̄ stellata sit primum mobile ut pluribus locis colligi potest. Sed quicquid uelint philosophi: minor hos ualeat. Aristoteles enim & Auerroes quos credunt omnia sciuisse & omnia obseruasse. xii. metaphysice per numerum differentiarum motuum concluderunt uni stellę multos orbis: quę omnes concentricos: ita ut secundum Calippum de numero orbium sit aliter sentiendum: aliter secundum Eudoxum. omnes tamen pro numero differentiarum motuum de numero orbium pariter concludunt: ita quot motus differentis Lunam moueri obseruatur: tot orbis sibi Aristoteles autoritate illoę asserit. & in ceteris id genus similiter. igitur quot differentis motus stellę fixę adiuuans

LIBER

te sunt moueri tot orbis oportet asserere aliter demonstratio Aristotelis .xii. meta-physice nulla esset. sed quoniam scio hæc eorum figmenta esse dicta ad ostentationem: qua fere omnes tangimur: nolo aliter confutare: quando nec ipsi: nec nos intelligimus qd uelint. bene tamen opinor tempore Aristotelis motū stellarum fixarum non fuisse cognitum nisi secundū unā differentiam: hoc est ab ortu in occasum quando ceteras differentias unus homo: imo nec plures cognoscere possunt: imo usq; ad annos Ptolemæi non fuit uerificatus motus accessus & recessus. Auerroes uero q̄q̄ fuerit multis annis post Ptolemæum: quia eius mos fuit in contradicendo hic omittatur. Alii uero doctissimi mathematici pro differentiis iustibus quas per ceperūt obseruatores in motu fixarū: tres orbis autumant. viii. uidelicet .ix. & .x.x. qdē primū mobile uocāt: aiunt motu diurno .xxiiii. horis moueri. ix. uero singulis .xxxvi. uel .xlix. milib; annoꝝ uel plus uel minus secundum uarias obseruatōes. viii. singulis septem milibus secundum motū accessus & recessus: & hæc est cōmunis fere opinio de orbibus. Ego uero pro his tribus differentiis motus saluādis. viii. spheram in duos orbis tantum diuido. q̄m admodum enim spherā Solis pro differentiis motus quibus Solem moueri obseruauerunt diuiserūt in tres: ita spherā. viii. i duos. & ut hæc Solis spherā ē una & tres: una quidem pro quanto omnes unū proximum intēdunt finem: tres uero pro quanto uariis rationibus illum attingunt: ita viii. spherā est una & duæ: una quidē quia ambæ in unum finem ordinātur: uidelicet motum stellarum fixarum: plures uero pro quanto plurius rationibus illū attingūt. hæc quidem pro ratione motus accessus & recessionis: illa uero pro motu progressus. ea uero qua stellæ fixæ progrediuntur supereminet: quando motus hic sit nobilior: deferens uero spherā illa quæ defert fixas inferior est: quando hic motus minor sit. utrum uero superior uel inferior sit deferens stellas: problema neutrum est. motui diurno non tribuo spheram propriam: quando motus sit totius coeli &

omnium spherarum & orbium: ac si esse motus animalis cuiusdam: ut Auerroes ē autor est. Ex iis constat prime ultra spheram octauam: non esse aliam suprauenientem spheram: nisi secundum imaginatiōnem Mathematicorum: qua imaginantur parallelos & circulos & id genus. Secundo patet octauam spheram esse unam: & non simplicē: quando ambo orbis in unū dirigantur finem: sed cum ratiōe diuersas: ideo gemina est. Tertio etiam patet supra orbem stellatum deferentem esse orbē nō stellatum: quando ille nō stellatus sit propter stellam: quoniam in illius motum ordinatur. ambo enim ad unum diriguntur finem: superior tamen excellentiori modo. Quarto patet aliquid non stellatum esse præstabilis stellato: ut orbis ille superior ē præstantior inferiori: quoniam mouet stellas nobiliori motu. & de potestate fixarū hæc sufficiant.

Potestates quidē igitur quæ per se stellis competunt: tali obseruatione ab antiquis receptæ sūt. At anni horis quattuor existētibus: Vere uidelicet Aestate Autumno & Hyeme. Ver quidē humiditate magis superhabūdat: q̄ caliditas tūc per aerem iam frigefactum incipit se diffundere. Aestas uero caliditate: q̄ Sol tūc ei loco: qui est ad apicem nostrum: appropinquat. Autunus siccitate: q̄ præteritus feruor humida arefaci. Hyems frigiditate: quando Sol eo e loco qui est ad apicem nostrum: plurimū distet. quapropter cum nullum sic ipsius signiferi circuli quatenus circulus est naturale principium: ab æquidiano ueris: dodecatemorion incohatum Arietis nec non cæterorum initium supposuerunt: quæ

De horarum deq; quatuor angulorū potestate. xxvii.

admodum uita animalis: quando uer ipsum excessiuam humiditatē recentem efficiat: & deinceps cōstituerunt reliquas horas: nā & omnium animalium prima ætas humiditate superabūdat similis ueri: ipsa enim mollis est & tenella. secūda uero usq; in uirilitatē: caliditate æstati similis . tertia & iam in senectutis initio: ariditate: similis autūno. ultima in corruptionē usq; frigiditate: similis hyemi.

Nunc de potestate quattuor temporū anni Ptolemæus exequitur: quæ Sol ipse motu proprio per signiferum ab occasu in ortū anno efficit. sunt autē hæc Ver: Aestas: Autumnus: & Hyems. Ver quidem humidum magis: nam cum uehemens frigiditas hyberno tempore contrahatur a solari caliditate tunc dissoluit: & inde humiditas excrescit. Aestas uero calida cū Sol ad apicem peruenerit. Autumnus aridus: æstiuo feruore sugente & assumente humiditatem. Hyems frigidus Sole distante ab apice. hac de causa assimilāt quidā zodiacū animalū: ut. n. in animali quatuor sunt ætates. prima quidem humidior ut infantium: secunda uero calidior ut iuuenum: tertia uero aridior ut uitorum: quarta frigidior: ut senum. eodem modo in zodiaco quattuor sunt horæ solares proportionem habentes complexiōesq; cum complexiōnibus. hæc Ptolemæus tradit: ut Græcus sine nomine resumit. Sed duæ sunt dubitationes quas Græcus suis uerbis resoluit. Prima q; de qualitatibus temporum medicus pertractat non astrologus. secūda q; ait circulum non habere principium: constat enim orizontem esse circulum & tamen ex ipso ortu principium sumit. Græcus soluit: primam q; medicus qualitates temporum pertractat quatenus alterāt nostrū corpus: & ita in ordine ad corpus humanum: Astrologus uero in ordine ad Solis motum. Secundam uero soluit per hoc

quod licet signifer quatenus circulus: non habeat principium & finem: quatenus tamē equinoctium uernale: humiditatē excitat: quæ anteire dicitur ceteras q̄litates: principium sumpserunt antiqui eo e signo in quo est principium ueris. hæc sunt quæ Græcus breuibus resumit pro Ptolemæi expositione. si qua uero alia dicat digna relatiōe: in translatione textus obseruata sunt. Hinc patet primo esse quattuor anni tempora: quæ Græce horæ dicuntur: quattuor quoq; ætates his horis similes: quattuor elementa etiam eisdem persimilia: demum & quattuor complexiones. Sequitur quoq; q; prima signiferi quarta humida sit generatim: secūda calida: tertia arida: quarta frigida. Nec te turbet q; Ptolemæus in quarto apotelesmatū libro septem uelit esse ætates iuxta numerum septem planetarum: nonnulli medici nouem: quando Ptolemæus hic ætates enumerat pro prædominio simplicis qualitatis tantum. Restat modo etiam ut quædam Arabis Ptolemæi Interpretis non præmittamus: quando ille etiam balbutiendo quædam utilitate & fructu plena dixerit. & primo examinemus anni horas. Igitur uer a prædominio aerem humidum efficit: q; calor ueris temperans gelicidia liquefacit: trahitq; humiditatem a centro ad circumferentiam: qua ratione aer ipse humiditatem sibi imbibit. Et si contra hoc Galenus ipse adducatur: qui uer esse temperatum approbat: dicemus temperantiam esse ad iustitiam: quæ stat cum clemente & prædominio humoris. hæc de uere. Aestas quoq; ipsa calefacit: nam Sole tunc per apicem nostrorum capitum decurrētē: maiori mora super terram peragrat: itemq; & angulos rectiores efficit: qua duplici causa calefacit aerem magis. hæc de æstate. Autumnus uero aridus est: nam cum feruor æstiuus humiditates omnes exuccauerit: ut aquarū minutio ostendit: inde ariditas exurgit. hæc de autumno. Hyems autem frigida est magis: tum q; noctes longiores sunt in quibus Sol sui absentia calorem partium efficitur q; radii Solis omnino obliqui uidentur & angulos obtusos efficiunt. Cum itaq; Sol peragratione xii. signorum has

LIBER

horas efficiat: sintque horę quattuor: iure signifer quattuor in quartas diuiditur. Prima quidem quam Sol peragrat Vere: constat ex Ariete Tauro & Geminis: Secunda uero ex Cancro Leone & Virgine: Tertia ex Libra Scorpio & Sagittario: Ultima ex Capricorno Aquatio & Piscibus. quę ratio docet has anni horas esse equales quędem una ratione: inęuales uero alia ratione. ratione quidē habita ad Solis peragratiōem equales quidem sunt: quando quattuor illę quartę equales sint: ut Ptolemaeus scribit in libro Magnę cōpositiōis. ratiōe uero habita ad qualitates quas Sol sua peragratiōe efficit: interdum inęuales: quando ueris hora sit quandoque longior: quandoque breuior. similiter in ceteris. Et cum unumquodque latitudinē habens habeat principium medium & finē in natura: Ver habet principium: quod est quodammodo naturę hyemis. mediū siue statum aut summum: quod est naturę ueris. & finem qui est naturę estatis. & in ceteris horis idem fieri potest. Vnaqueque enim cum suis uicinis cōmunicat in extremis. Hinc perspicuū est antiquos e Solis motu annum recte fecisse. cum enim Sol sui peragratiōe anni horas efficiat: hęc autem sunt partes anni: iure completa signiferi peragratiōe annus est: peragratiō uero unus partis ligniferi: dies. Si enim tota peragratiō annus ē utilis erit dies. dies. n. tantū est tempus: quanto Sol unam signiferi partē peragrat d. ccclx. Et quę Sol pluribus diebus zodiacum peragret: quia ip. ccclxv. & horis sex: Antiqui tñ numerū huic proximū perquisiuerunt ob facilitatem supputandi: quando non multum singula in peragratiōe erroris sit. Mēsis uero est e peragratiōe Lunę. cum enim Luna duodecies in anno Soli coniungatur: duodecim fuerūt menses. tempus enim quo Luna ab uno congressu in alterū accedit: mēsis est. Hic patet primo tantum esse signi spatium: quantum e Sole mense uno peragrat: hoc est donec Luna redeat ad congressum. quantum enim Sol una die peragrat: gradus siue pars est. Ideo signum est duodecima pars zodiaci: Gradus. ccclx. eiusdē: & xxx. signi. & usque huc diuisio est naturalis. Diuisio

ueto gradus in. lx. minuta: & minuti in. lx. secunda: est constituta ad supputandi cōmodum. Hinc constat ut uno in anno sunt quattuor horę: Ver: Aestas: Autumnus: & Hyems: ita uno in mense e Lunę peragratiōe atque uno in die e motu Solis cōmuni. Luna enim uno mēse. xii. peragrat signa: quę Sol peragrat: horas quattuor faciebat: igitur & Luna hęc eadē peragrāshas. efficit. uno uero in die Sol has quattuor efficit horas. ab ortu quidem in culmē parans: uer diarium efficit. e culmine in occasum: aestatē. ab occasu in imū: autumnū. ab imo in ortum: hyemē. hac ratiōe fit ut sint horę annuę. mēstruę: & diarię. De his in libro de Criticis: & in libro de nostrarę calamitatū Causis satis diximus. hęc pauca satis sint. Quarta uero ad gręca uerba attinet: Pto. signū uocat dodecatōriō: & uult illud esse dodecatemōriō: i quo equinoctiū uernum fit. nam signū hic uult esse duodecimā sectionē: & primū esse primā sectionē. aliter. n. loquit de signis stellatis aliter de sectionibus. Stellata quidē signa: zodia siue morphoses uocat & fiunt: rationibus dictis. sectiones uero duodecim e peragratiōe Lunę: principio sumpto ab equinoctio: recte igitur dodecatemōriō pro quanto est duodecima pars circuli. hic recētiōes sumūt reuolutiōes annuas: nam si principium est e prima sectione: hoc est ab equinoctio uerno: quoties Sol redit ad eundē punctū: annua erit mundi reuolutio. hinc qualitates anni predicunt: sed dispositio hęc pertractata est in libro de nostrarū calamitatum Causis. hęc de temporibus anni.

Itidem etiam quattuor orizontis terrę locorum: e quibus uenti ipsi flantes exortus habent. Qui quidem locus est ad ortū: aridus est ipse magis: quando per ipsum exorto Sole: ea quę e nocte humida erant: primo tunc exccicari incipiunt. Vbi ab eodem quoque uenti spirantes (quos familiariter uerbo Subsolanos dicimus) aridi sunt & sicci.

De quattuor
angulorū po
testate xxxviii.

Qui vero ad meridiem est locus: ipse calidissimus est: tum propter inflammationē meridiationū Solis: tum quod ea quæ sunt secundū illius regionis declinationē: ad meridiē magis declinant. Vbi ab eodē uenti flantes (quos cōmuniter australis appellamus) calidi sunt & foecundi. Locus autē qui ad occasum: ipse est humidissimus: quādo per ipsum Sole iam occubentet ea quæ a die affecta fuer: primū humescere incipiunt. Vbi ab eodē exorti uenti (quos amplo uerbo Fauonios uocamus) recetes sunt & humidi. Locus qui ad septentrionē collocatur: ipse frigidissimus est: quia caliditatis solaris causæ culminātes per declinationem a nostra habitatiōe: ab ipso plurimū distant: ueluti cōtra meridiē ille collocatur. Vbi ab eodē flātes uēti (qui cōmuniter borei dicti sūt) frigidi sūt & frēquentes.

Secat Ptolemæus significatū ipsum quattuor in partes: ducēdo lineam ab ortu in occasum: & aliam ab imo quod sub terra est: in culmen quod est meridies. Inde quattuor angulos fecit: quattuor quoque tractus: quæ & quadripartia dicuntur: ab ortu quidē in culmen: e culmine in occasum: ab occasu in imū: ab imo in ortum. Angulus quidē primus tractusque in illū terminatus ab imo incipiens: uim habet aridiorē: argumento quod Sol ipse incipit exugere e terra humiditātē nocturnā cum per eam regionē decurrit. meridies uero tractusque ab ortu in culmen calidior: tum propter Solis meridiationē: tum propterea quod regio illa ad meridiē uergit. e culmine incipiens in occasum ductus: humidior: quod Sole ipso occubente iam res e die affecte in humorē uertunt. imū si

ue septentrio frigidior: tractusque ad ipsum terminatus ab occasu incipiens: tū quod e Solis meridiatione regio illa plurimū distat: tū quod ad cōtrarium meridiei collocat. Addit quoque præceptum utile & Philosophis & Medicis circa uentos: uolēs quattuor esse uētos: quattuorque e locis illis exortus: illorumque naturam subeuntes. Subsolan⁹ qui græce est apeliotes ab ortu tractusque illius: stat aridus existēs. Auster qui græce est notus: a meridie tractusque meridiano: calid⁹. Ab occasu tractusque occiduo Fauoni⁹: qui & Zephyr⁹ est græce: humid⁹. Ab imo tractusque septentrionali stat Septentrio: qui græce est Boreas: frigid⁹. Quæ rō docet Ar. in Meteoris recte sensisse: cum omnes uentos reducat ad quattuor: & tandē ad duos. Verū quot sint uenti: & quomodo sint collocati: & quibus nominibus dicantur: & qui sint illoꝝ effectus: in libris quos scripsim⁹ in Meteoris perquirant. Patet etiā propter hæc uentorū hūc quidē masculēscere uide licet Austrū: nam calidus est: caliditas uero uis est masculina. huic quoque contrariū etiā masculēscit: quoniam frigid⁹: frigiditas autē uis est actiua. ceteri quoque uires habeant foemininas foeminēscūt. Itemque horū duo foecundi sunt & genitales: Auster & Fauoni⁹. ille quidē propter caliditātē. hic uero propter humorē. calidū quidē & humidum foecundę sunt qualitates. Ceteri duo stertiles: quādo frigiditas & siccitas inepte sint ad foecundiā. Nec turbet te quod Auicēna & peripateticus & medicus magnus: Austrū ponat calidū humidū: Boreā frigidum sic cum: Subsolanū & Fauonium tēperātes: licet sub solanū aridiorē: quādo ille cœlestē cōditionē terrenę cōppulauerit. Ptolemē⁹ .n. uentorū naturā tantū iuxta coeli regiones statuit: quæ pro terrę cōditionibus uariari possunt. unde recetiores Soli regionē tribuūt orientālē. D. A. C. Lunę uero occidentā. C. B. D. Sol. n. generati omni regionī orientali p̄est: Luna omni occidentē. speciatim quadripartio. A. C. p̄est Ven⁹. quadripartio. C. B. Mars. Tractui. B. D. Saturnus. Tractui. D. A. Iuppiter. Mercurius uero cum sit ambigui generis: nulli addit⁹ est: sed ei cum quo miscet̄ p̄ualet. hæc nūc omittantur: quia an uera sint: posterius dice

LIBER

mus. Et de potestate angulorum satis nunc sit dixisse.

De fructu p
gatorum .xxix.

Est autem horum tractatio plurimum fructuosa ad ipsas complexiones omni ex parte colligendas atque frequenter particulatim diiudicandas. prout cum namque est quod per horarum aut angulorum aut etatum conditione siderum partem efficaciam aliam ex parte evertit: quam stellae ipsae propriis in conditionibus constitutae puriores vires exercebunt: potentioresque efficaciam sibi comparabunt. ueluti quae secundum naturam calefaciunt: in calidis conditionibus collocatae: & quae humectant in humidis si sint. at in contrariis positae statibus: comixtas excutabunt vires atque imbecilliores: ut calidae in frigidis: & in sicis humidae. Itidem & in caeteris proportione quantitatuum miscibiliu in ipsa mixtura.

Tres siue conditiones siue affectiones siue complexiones stellae sortiuntur comparatione ad Solem: erat quidem quia orientales uel occidentales uel statitiae: qualitate ab horis anni: efficaciam ab angulis. quando orientales in uenule sint: occidentales in fenicula: statitiae uel uirtutes. calidae in estate calidiores: frigidae temperatiores: similiter in aliis. Cardinales quoque si in cardine fuerint proprio efficaciores: in contrario imbecilliores. uerbi causa Mars Iulianus in caeli medio collocatus in estate multam portendit ueridinem: si oecodespotes sit plenilunium uel interlunium. at occidentalis Saturnus in imo collocatus in hyeme si oecodespotes sit interlunaris uel plenilunaris: frigidissimam portendit hyemem. Recte igitur Ptolemaeus ait pertractationem hanc esse fructuosam ad complexiones hanc colligendas: & ad per illas diiudicandas. Recte quoque Graecus sine nomine ait has ad So-

lem rationes esse generatas: stellarum qualitates speciales: ideo potentiores illae sunt hae imbecilliores: quando uniuersale trahat se cum particolare. nunquam enim Mars oecodespotes mensurae coniunctionis cardinalis in medio caeli orientalis faciet hybernum mensem calidum: praeterea quod temporis conditio potentior est: quam multum illius frigiditatis remittat. et de fructu horum hanc satis.

lis ita perpositis: erit etiam consequens addicere ipsorum signiferi dodecatemoria uel assignatas naturales peculiaritates: quandoque cuiusque ipsorum efficaciam complexio similitudinis rationem iis horis habeat: quae tum uigent. Emergunt insuper ipsorum proprietates non nullae ea e conexione quae est ad Solem & Lunam caeterasque stellas: quas deinceps explicabimus: per ordinantes tamen seorsum: quam potestas unicuique dodecatemoria tantum competat: & ratione habita ad se & mutuam. Differentiae quidem igitur ipsorum primae sunt in ea quae conuersua dicuntur atque aequidiana: & in ea quae solida & bicorpora nuncupantur. Conuersua enim duo sunt. Primum quidem a caliditate trigintipartium Cancer est. secundum uero ab hyberna conuersioe Capricornus. haec autem ab accidente nomenclaturam sortiuntur. Nam Sol quando ad horum principia uenit: in contrariam conuertit latitudinem: faciens aestate quando in Cancrum assurgit: hyemem uero cum in Capricornum declinat.

De conuersis atque aequidiana lib. 2. de corpore rebus signis .xxx.

Quam nos de zodiaco & signis multa dis-

putauit lib. tertio de nostrarū calamitatū
 Cau is enunciato octauo: hic tamen plu-
 ra adiicere utile erit: tū illis que ibi dixi-
 m^o: tū rei nature in se. Videf itaq; mihi cū
 licētia dicēdi aliter si aliter occurrerit: apud
 Ptolemēū esse duplicia signa: imagines
 quas morphoses uocat: & sectiones quæ
 dodecatemoria appellat: nā q̄libet sectio
 duodecima pars est: cū in quālibet possit
 circulus duoden^o desinere. Dodecatemo-
 ria ipsa immobilia facit: cū non nisi motu
 diario moueri uelit: in qbus & conuersiua
 & equinoctia & solida & bicorporea & ra-
 lia docet colligere. ad ipsa thema cuiusq;
 rei principiū supputādi quoq; regulas p̄ci-
 piat: ut tabulę eius demōstrāt. Morphoses
 uero nō tantū cōmuni hoc est diario mo-
 tu in libro tertiodecimo Magnę Cōposi-
 tiōis asserit moueri: sed secundum subcessio-
 nē signorū immobilium singulis cētēis ānis p̄-
 te una moueri obseruauit. motū uero tre-
 pidationis & si olfecerit: tū non asseuera-
 uit. q̄ si ita est: oportet utraq; signa i octa-
 uo coelo statuere: morphoses qdem reales
 ut explicauit: dodecatemoria uero imagi-
 natione. Accepto nanq; p̄ucto equinoctiū
uernalis in octauo coelo concepto: primū
dodecatemoriū trigintipartiū erit Aries:
redit. n. Sol in anno ad punctū eundē: Lu-
na quoq; interim duodecies cū Sole con-
gredit: ideo dodecatemoriū zodiac^o ille
immobilis est. singulū uero trigintipartiū:
qū Sol die singulo unā fere partē decur-
rat: in. xxx. totū peragrat. Hanc qdem pri-
mam sectionē Arieti ueteres ascribūt: Pri-
mo q̄ ut Aries uires maximas in capite
habet. eleuat nanq; caput pro uirib⁹ exer-
cendis: ita quoq; Sol dum trigintipartiū
illud dodecatemoriū decurrit: ad nos as-
surgit: uiresq; exercere incipit in sublime.
Secundo uero q̄ Sol decurrēs per ipsum
arietib⁹ ominatur: exercetq; in illo uires al-
titudinis: Mars domiciliū: ceterę stellę ex-
ercent ceteras iurisdictiones. Secundū ue-
ro dodecatemoriū trigintipartiū Tauto
assignāt: similitudine uidelicet & idiotro-
pia. similitudine quidē: q̄ dum Sol per ip-
sum decurrit: ualde nobis apparet: adeo
q̄ tam caput q̄ collū manifestat nobis: uis
uero Tauri in collo potissimū est. Idiotro-

pia uero: q̄ Luna in illo constituta in tau-
 ris uires exercet exaltationis: Ven⁹ domi-
 ciliū: ceterę ceteras. Tertiu dodecatemori-
 um Geminis dedicāt: similitudine & idiotro-
 pia. nam cum Sol faciat in il-
 lo aliquid ueris & aliquid astatis: gemi-
 num fecerūt. Idiotropia uero: q̄ Mercuri-
 us in illo cōstitutus: in hominib⁹ gemel-
 lis uires exercet domiciliū: ceterę ceteras:
 p̄pterea humanū dictum est. Quartū tri-
gintipartiū dodecatemoriū Cācro dāt.
Primo q̄ ad signum id q̄ Sol puenit re-
pedat admodū cancri: breuiotes uias faci-
ens. cancer. n. incertā habet primā partē:
deniq; ad utraq; partē gressum dirigit: ita
ut prior pars sit posterior: & e cōtrario. Se-
cūdo quia Luna in illo cōstitutura exercet
uires domiciliū in cancri: Iuppiter uires
exaltationis: ceterę quoq; ceteras. Quin-
tum trigintipartiū dodecatemoriū Leo-
ni adiciūt: q̄ quādo Sol per ipsum decur-
rit nimis calorē efficit: uires quoq; tūc ma-
ximas habet ut Leo iter animalia. Ampli-
us q̄ dum per hoc peragrat: uires exercet
domiciliū erga leōes. ceterę etiā stellę cete-
ras. Sextū trigintipartiū dodecatemoriū
dāt Virgini: tum q̄ Sole per ipsum decur-
rente: suo ardore terra exusta sterilefcit: tū
q̄ Mercurius in illa collocatus circa uirgi-
nes exercet uires domiciliū: ceterę stellę ce-
teras. Septimū trigintipartiū adiciūt Li-
brę. Primo ab equalitate noctis ad diē. un-
de Lucanus: ad iustę pondera librę. Secun-
do q̄ Venus iusta religionē: quę equalitas
est inter deū & homines: in Libra colloca-
ta: uires exercet domiciliū: Saturnus uero
exaltationis. Octauū trigintipartiū tribu-
unt Scorpio. Primo q̄ tunc quum Sol per
ipsum decurrit: uidet faciē a nobis auerte-
re: caudāq; ostendere: aut q̄ sicut Scorpi⁹
inter animalia prolific⁹ est: ita per id tem-
pus semina iaciunt & ad prolē parant. Se-
cundo q̄ Mars ibidē existens iuxta scorpi-
os exercet uires domiciliū. Nonū triginti-
partiū asserunt Sagittario. primo q̄ Sol
decurrēns per ipsum fulgura mittit atq; sa-
gitas. secundo q̄ Iuppiter primā per me-
dietatē decurrēs: iuxta homines uires exer-
cet domiciliū & per secundā supra equos.
Decimū trigintipartiū Capricorno lanci-

II 3

694

025

M 5

27

M 8

179

Jo w

in p̄m
 signū

82

LIBER

m i
H n
 one. Prilo quia capra facit Iouis & ab eo tempore pluuię multiplicationē. secundo q̄ Saturnus ibi collocat̄ exercet uires domicilii supra capras: Mars exaltationis: cęterę stellę cęteras. Vndecimū triginti partiu cōparant Aquatio. primo q̄ dum Sol per ipsum decurrit: aquę pluuięq̄ nimisū increſcunt: unde & Eridanus exoritur. ſecundo q̄ Saturnus exercet uires domus ſup aquatica: quum per ipsum ambulat. Duo decimū triginti partiu Piſcibus facit: primo q̄ Sol ppter nimias quas fecit pluuias: piſces mirū in modū adauxit. ſecundo q̄ Iuppiter in eo cōſtitutus exercet etęga piſces uires domicilii: Ven⁹ exaltationis: cęterę stellę cęteras. Hęc igit̄ duodecim interualla dicta ſunt gręce ſemeia: latine ſigna: q̄ Sol cęteręq̄ stellę per ipſa decurrentes aliquid nobis ſignat. interdū gręce zodia: latine animalia: q̄ ipſe Sol pagras ipſa: gerit. xii. animaliu ſimilitudines. ut igitur Caput & Cauda draconis uires detinet luminū apud recētores: ita interualla hęc uires ſibi cōparant a decurſib⁹ ſtellarę per ipſa: nō quidē a ſtellis quę ppetuo in eis ſunt: ſed a poſitura & cōparatiōe ad mūdi partes. Sol igit̄ ita decurrens motu pprio e capite Arietis zodiacū facit in anno hunc immobilē ueluti i die paralellū ſectū quidē in duodecim partes: quartū quęlibet trięgena eſt. zodiacū quidē facit in anno: gradū in die: dodecatemoriū in menſe. eſt autem zodiacus hic quē Sol anno curſu deſcribit. xii. gradib⁹ latus: p quanto plane tae maior deuiatio ab ecliptica eſt partiu ſex. ccc. longus: quia tot fere diebus Sol ipſum pagrat. Zodiacus igit̄ huiusmodi nō in nouo celo apud Ptolemaeu eſt: ſed in ipſo octauo: licet modo alio: quando ſigna duplicia ſint: morphoſes uidelicet & dodecatemoria. hęc qdem ad imaginatiōnē: illa uero realiter. tem hęc Ptolemaeu hic abſoluit dicēs: iis ita ppoſitis: erit etiā cōſequens ad iicere ipſi ſigniferi dodecatemoriū assignatas naturales peculiaritates: qñ quidē cuiuſq̄ ipſoꝝ plenior cōplexio ſimilitudinis rationē iis horis habeat quę tum uigent. Ecce quomodo uires tribuit iis a motu Solis faciētis horas anni. Deinde uires etiā tribuit eiſdē ex alijs ſtel

lis: & Inquit: emergit in ſup ipſoꝝ pprietas nōnullae ea e cōnexiōe quę eſt ad Solē & Lunā cęteraſq̄ ſtellas: ut dom⁹: exaltatio: ſines. hęc nāq̄ iurisdictiones ſignis ipſis cōpetunt: ut explicabim⁹. ſic igit̄ iis ſignis duplici ratione uires cōpetunt: & a pagratione Solis per quā & ſignoꝝ & animaliu nomina ſortiunt: & a pprietatibus ſue iurisdictionib⁹: quās: cęterę ſtelle in illis retinet. hęc Ptolemaeu ubiq̄ ſentire uideſ. Verū ubi ſtelle fixe trepidatio motu mouent: oportet fortāſſe concedere dodecatemoriū hoc: zodiacū realem eſſe ſupra ſtellarū cōſtitutū. ſed hęc in aliud tempus differant. nūc uero ad eruditōes iuuentū hęc dixiſſe ſat eſt. Tractaturus itaq̄ Ptolemaeu eruditōes dodecatemoriū: de his tria pponit dicere: ut cōuerſionē quę gręce eſt trope: equinoctiu ſiue equidiarium quod gręce eſt iſemerinō: & bicorporeū quod gręce eſt diſomō: & ſolidū quod eſt ſtereō. hęc. n. cōpetūt unicuiq̄ dodecatemorio & per ſe & ratiōe habita inter ea: ut declarabit: qñ bicorporeitas & ſoliditas cōpetāt ſignis ratione habita ad prima ac ultima ſigna: Conuerſio & æqualitas ratione habita ad ſe. addita quoq̄ nonnullas peculiaritates ut ab alijs obſeruatę ſūt. Sunt igitur primę differentię quattuor: quando dodecatemoriū: alia ſint tropica hoc eſt conuerſiua. Alia equinoctialia uel equidiarialia quę gręce dicuntur iſemeria. Alia ſolida ſiue ſtereā. Alia diſoma hoc eſt bicorporea. Conuerſiua uero duo ſunt. Primū quidē a caliditate triginti partiu Cancer eſt. in hoc. n. eſtiua ſit cōuerſio. Secundum uero ab hyberna cōuerſione eſt Capricornus. dicta qdā tropica: quia quū Sol in eoꝝ capita deuenit: aerē cōuertit in cōtrariā naturā: atq̄ ad aliā latitudinem. Naturā quidē contrariam: quia qñ in Cancrū aſurgit: eſtatem facit poſt uer. qñ in capricornū: hyemē poſt autunnū. Latitudine uero: quia qñ Sol per Cancrum decurrit: redit in regionē meridianā. quū p Capricornū: cōuertit in regionē ſeptētrionālē. Cancer itaq̄ & Capricorn⁹ tam a nature euerſione q̄ mot⁹ per diuerſas regiones alteratione: Tropica nuncupant. Sed dices in Ariete ſit mutatio: qñ in Ariete

hyems ab ipſo uere finiſ: in Libra eſtas ab
autunno: igit Ariet & Libra tropica etiã
erũt. Grecus ſine nomine reſpõdet Ptole
meũ uelle cõtratiã fieri mutationẽ: modo
eſtas & hyems cõtrarię ſunt horę ſolum:
uer & autũnus etiã: hyemis & uer non cõ
trarię ſed affines. ſimiliter eſtas & autũnũ.
Itemq; in omni cõuerſione dies cõuertit
de diminutiõẽ ad auctiõem: diminutio &
auctio morus ſunt cõtrarii: in æquinoctio
uero eſt equalitas diei: & nulla mutatio. re
cte igit Cancer & Capricornũ tropica di
cuntur: tum q; in illis fit cõuerſio de cõtra
ria in cõtratiã naturã: tum etiã q; ibi dies
mutat de cõtratio in cõtrariũ: hæc autem
i Ariete & Libra minie ſiũt. hæc d̄ tropicis.

horizontis in eiũdẽ occaſum. Nox uero cõ
tra eiũdẽ Solis abſentia ab horizontis oc
caſu in eiũdẽ ortũ. qua ratione fit ut biſ i
anno fit æquinoctiũ. Sole uidelicet tenet e
caput Arietis & caput Librę: nam Sol cũ
caput cuiuſq; illorũ tenet: in uiginti quattu
or horis circulũ æquinoctiũ deſcribit: qui to
ti uniuerſo equalis eſt. Dies uero natura
lis eſt reuolutio æquinoctialis cũ Sole circa
terrã cum additione partis zodiaci: quam
Sol interiũ motu pprio peragrauit. Ad ca
uius declarationẽ ſupponamũ p̄cipiũ diei
naturalis eſſe cõmodius aſſumendũ ab in
troitu Solis ſupra meridianũ circulũ regi
onis. tum primo q; tranſitus Solis in meri
dianũ unicuiq; regioni cuius eſt ſemp eſt
equalis: introitus uero Solis in orizontem
ubiq; inequalis. tum ſecũdo q; celeriũ dies
icõhati a meridie equant q̄ ab ortu: ut re
gulã ſupputationũ docet. Deſcribat itaq;
in centro. e. circulus æquinoctius. a. b. c. d.
meridianũ regionis ſit. a. c. cum itaq; dies
incipiat naturaliter ab. a. puncto meridia
ni: reuoluat æquinoctius circulus circa cẽ
trum regionis e motu uidelicet diario ab
a. in idẽ. a. per: b. c. d. puncta. punctus. a. li
cet in meridianũ redeat ſingulis uiginti
quattuor horis: nõ tamen dies eſt cũ. a. in
eundẽ redit punctũ. nam Sol in his horis
uenit in. f. partẽ deſcribẽs. a. f. ſed cũ dies
non cõpleat niſi Sol redeat in punctũ pri
ſtinũ meridiani: oportet ultra reuolutio
nẽ æquinoctii addat tota portio. f. a. quã
Sol motu pprio peragrauit. igit dies na
turalis eſt reuolutio æquinoctii cum tanta
pte zodiaci: quãtã Sol motu pprio pagra
uit: dictus fortãſſe naturalis: quia in om
nibus regionibus ſenſibiliter eſt fere idẽ
& equalis. Iis perpenſis p̄ſpicuum primo
diẽ naturalẽ dici una ratione uerũ: alia ra
tione mediũ. nã cũ dies naturalis ſit reuo
lutio æquinoctii cũ additiõẽ motũ Solis: mo
tũ uero Solis bifariã ſit: uerus & mediũ: ut
i ratiõib; Solis dictũ eſt: ſi additio ſit ueri
motus Solis: naturalis dies uerus natura
lis eſt: ſi mediũ motũ: dies naturalis eſt me
diũ. dies uero naturalis uerus una ratiõẽ
dicitur appatens inequalis: alia ratiõẽ equa
tus. p̄ quãto. n. Sol incipit motũ e meridia
no & in illum deſinit temporibus inequa

De æquinoctia
libus. xxxi.

Duo uero nũcupãt æquidiana. a
uernali quidẽ æquinoctio: primũ
dodecatemoriũ Ariet e. ab autũna
li uero Libra. Nomina etiã ſortiũ
tur hæc ab accidẽtib;: nam quum
Sol in horũ capita peruenerit: æq̄
ubiq; noctes diebus.

Secunda diuiſio eſt in æquinoctialia ſiue
æquidiana: & ſunt hæc duo: Ariet primũ do
catemoriũ: in quo uidelicet æquinoctiũ
ſit uernale. ſecũdũm Libra: in quo æquinocti
um ſit hybernũ. dicta quoq; æquinoctialia:
qua quũ Sol in horũ capita puenerit: equat
ubiq; noctes dieb;. Sunt qui uelint: & ratio
nabiliter: in Ariete fieri æquidiana: qñ ere
ſcit dies noxq; imminuit. erit igit motũ tẽ
porarius ad diẽ. & cum motus ſortiat nõ
men a termino: recte in Ariete fieri æquidiana
riũ aurumãt: in Libra æquinoctiũ: cõtrariam
ob cauſam. motus. n. tẽporis eſt in noctẽ.
De equalitate dieꝝ non pauca Ptolemeũ
ait in libro Magnę Cõpoſitionis. ſed cum
nos utriuſq; Aſtronomiẽ eruditiones pol
liciti ſimus: quedã de equalitate & inequa
litate dieꝝ tranſigamus. Dies igit duplici
ratione accipit. & natura: qua ratiõẽ natu
ralis appetat. & arte ſiue p̄poſito aut uo
luntate: qua & artificialis nũcupat. hic q
de mora iue reuolutio Solis eſt ab ortu

LIBER

libus: dicitur dies eiusmodi inæquales: p
quâto uero inæqualitas tēporū nō est uulga
ribus semp nota: uocant apparētes. equa
tus uero est reditus Solis ad eundē meri
diani pūctum: addita uel minuta equatio
ne. ubi nanq̄ mor⁹ egnoctii est maior: eq̄
tio demit: ubi minor: adiciť. cum. n. in an
no Sol equinoctiū describat uidelicet sin
gulis. ccclxv. fere diebus: quibus. ccclxv. re
uolutiones cōstant: ideo singuli dies ha
bent singulas equinoctii reuolutiones. &
cū illud quod exuperat per omnes distri
buať: talē diuisionē & distributionē equa
lē in omnibus dicūt dieꝝ equationē. hoc
die equato ppter cōmoditatē regulā utť
tur supputandi. Cur autē dies apparētes
sint inæquales: q̄q̄ sit nunc extra ppositis
ut utriq̄ geneti Astronomiæ satisfaciā: du
plex uidet ratio. Prima est q̄ aggregatū
ex equinoctio & parte zodiaci a Sole pa
grata semp est inæquale. cum. n. dies natu
ralis cōtineat equinoctii reuolutionē cū
additione partis zodiaci: quā Sol motu p
prio pagrat: equinoctii autē reuolutio
semp est equalis: additio illa minime: q̄n
Sol singulis diebus equalē de zodiaco nō
ptransat: iure reuolutio equinoctii & ad
ditio illa: hoc est aggregatū ex utriq̄: est
inæquale. equalibus. n. inæqualibus addi
tis quæ resultant inæqualia sunt: ut cōmu
nis animi cōceptio primi Elementorū tra
dit. cum igit tale aggregatū nulli aquet:
nec tēpora reuolutionū erūt æq̄lia: & ita
dies tales inæquales phibētur. Secūda rō
est: p dato q̄ Sol de zodiaco semp equalē
partē pagret: cum zodiaci partes non ha
beāt equales ascēiones nec in recta nec i
obliqua sphaera: q̄n aliqua pars zodiaci re
ctam: alia obliquā habeat ascensionē: iure
dies eiusmodi inæquales erūt. nā si duob⁹
eq̄uis tēporibus: q̄bus bis equinoctius cir
culus reuoluit: addant duo tēpora inæqua
lia quibus exoritur partes eiusmodi ad
dendę singulatim: tempora uel dies tales
inæquales resultabūt. In sup etiā ex hisce p
spicū: q̄ licet quātū ad uulgatē apparētiā
uideatur uiginti quattuor horas tantum
cōtinere: cum nō p̄cipiat paululum illud
quo Sol mouet: quantū tñ ad rei ueritatē
singulus dies habet aliquid ultra uiginti

quattuor horas: tanto quidē maius quāto
est additū illud quod in fine anni aggre
gatū: horas efficit uiginti quattuor. & licet
de his multa tradāt illi qui scribūt in libro
Magne Cōpositionis: hęc tñ ad eruditio
nem iuuentum satis sint. & de æquinoctiis
hęc sufficient.

Reliquorū uero octo dodecatemo
riorū: quattuor quidē solida nun
cupant: quattuor uero bicorpo
rea. Solida quidē sūt quæ post cō
uersiua atq̄ æquinoctialia collocā
tur. ut Taurus: Leo: Scorpius: Aq̄
rius. nam cum Sol in hęc transie
t: inicitatē horarū humiditates: cali
ditates: siccitates: atq̄ frigiditates:
fortius atq̄ firmitus sentimus. cum
status ipsi nali tūc potētiores fiāt:
nosq̄ imoremur i ipsis iam & hęc
ob causam fortitudinē ipsā sensibi
lius p̄cipiam⁹. Bicornorea post so
lida cōstituunt: ut Gemini: Vir
go: Sagittarius: & Pisces: argumē
to q̄ inter solida & conuersiua col
locātur. & q̄ naturali idiotropia
utriusq̄ status finis uidelicet &
principii participant.

De solidis &
Bicornoreis
.xxxii.

Tertia signorū diuisione est in sterea hoc est
solida: & diforma hoc est bicorporea. Soli
da quidē sunt quæ post cōuersiua atq̄ æq̄
noctialia collocant. ut Taur⁹ post Arietē:
Leo post Cancrū: Scorpius post Libram:
Aquarius post Capricornū. dicta quidē
solida: q̄ qualitates quas annuę horæ ini
tiant: cōfirmāt. Taurus quidē ueris humi
ditatē quā Aries inicitauit: Leo caliditatē
quam Cancer incohauit: Scorpius siccita
tem quā agere cepit Libra: Aquarius frigi
ditatē quam Capricorn⁹ suscitauit. Bicorn
orea post solida statuunt: ut Gemini: Vir
go: Sagittarius: & Pisces. dicta quidē Bi
corporea

sunt post
uiginti
unde dicit
solida

corporea: q̄ utriusq̄ qualitatis corporee participia sint: Gemini quidem humiditatis & caliditatis: Virgo caliditatis & siccitatis: Sagittarius siccitatis & frigiditatis: Pisces frigiditatis & humiditatis: qua ratione etiam a compluribus multiformia nuncupantur: q̄ multarum formatum Idiotropias retinet. Animaduersione dignum: (ut Græcus sine nomine inquit): q̄ alii diuiserunt dodecatemoria in quattuor: alii in tria: Ptolemæus in quattuor: ut in solida bicorporea conuersua & equinoctialia: alii uero in tria: q̄ omnis anni hora habet principium mediū & finem. Principium quidem græce tropice dicitur: latine conuersio: q̄ quum Sol in illum transit: aerem conuertit in aliū statum. medium signum uero solidū est: q̄ qualitatem inuariatā in aere firmat atq̄ roborat. finis uero disomō hoc est bicorporeum: q̄ præterita hora & futura participet. Qua ratione constat Arietem tropicum: Taurum solidum: Geminos bicorporeū: signa esse. Itemq̄ constat iuxta hæc æquinoctialianō differre a tropicis: imo æquinoctiale omne esse tropicum. Et de solidis & bicorporeis satis.

transiens: primum & omnium pollētissimū motū efficiat. reliqua uero alia deinceps cōsequēter alterū iuxta alterū mō dicto ordinātur.

Quarta signorum diuisio ē: q̄ alia sūt masculina alia foemina: diurna atq̄ nocturna: ita ut sex sint masculina sex foemina. Ad huius declarationē Ptolemæus ex naturali philosophia duo petit. Primum q̄ iuxta marē foemina sit semp̄ statueda: & p̄p̄e diē nox. hoc & obseruatio ipsa docet: & philosophia naturalis approbat. Petit secūdo ut mas semp̄ sit prius loco collocandus: q̄n̄ agēs sit patiente p̄stātius. hæc duo ex philosophia ipsa accepit. Tertium a mathematico: uidelicet q̄ ab Ariete principium sit assumendum. Quibus statutis Arietis erit mas: q̄a primo loco collocat. Taurus foemina: q̄a iuxta Arietē marē: & in ceteris simili rōe seruata dicat. Aliā rōnē sibi ex Mathematica cōperat. Ptolemæus: q̄ Arietis uidelicet & Libra masculina sine quā pollētissima: q̄n̄ p̄ ipsa trāseat æquinoctialis circulus: quo motus pollētissimus agit uidelicet diurnus. Pytagorei (ut Græcus sine nomine refert) aliā diuisiōis asserunt: cāmusq̄ parē numerum Pytagorei foeminā faciūt: argumēto q̄ facile secat & parit. imparē masculinum: q̄a est isecabilis ac passioi nō idoneus. Unde par foemina: impar masculus phibent. Quare oēs signū ipar masculinum: oēs par foeminū faciūt: initio accepto ab Ariete. Porphyrius in suis esuditiōib⁹ inquit: masculina signa sūt factiōis Solis Saturni & Iouis. sūt autē masculina que ab Ariete sp̄ foemina iuxta marē. foemina uero factiōis Lunę Martis & Veneris. sunt autē q̄ a Tauro atq̄ iuxta alter: ut dixim⁹. p̄p̄rie autē excipiūt a foeminis Capricorn⁹: ut & si foeminū sit: a Saturno accipiūt tanq̄ suę factiōis signū. Pisces a Ioue. a masculinis uero excipiūt Arietis: q̄ Martis est factiōis: & Libra que Veneris. Mercurius uero in geminis & Libra factionem habet: quando ipse hermaphroditus sit ancipit⁹ q̄ generis. hæc de masculinis & foeminis signis.

D i

De masculinis & foeminis animalibus. xxxiii.

Rursus uero ratione eadem sex quidem dodecatemeriorum statuitur naturæ masculinæ atq̄ diurnæ: totidem autem feminæ atq̄ nocturnæ. atq̄ statuitur iis quidē ordo ut alterum iuxta alterū sit: ita ut semper prope noctem dies sit: consideremus & prope foeminam mas. assumpto uidelicet principio dictas ob causas ab Ariete ipso: similiter etiam mare & principē & præsidente collocato: quādo agens potestate patiente ipsum excellat. Iure ex dodecatemoriis Arietem & Libram masculina simul & diurna constituerunt: quādo æquinoctialis circulus per ipsa

LIBER

De masculinis & foemininis & conuersiuis geniture signis. x. xxiii.

Insuper quoque assumpserunt quidam ordinem masculinorum & foemininorum ab exoriente dodecatemorio: quod horoscopum uocant: principium a masculino facientes. quemadmodum enim & conuersiuorum principium quidam accipiunt a signo quod in genitura ipsa tenet Luna: argumento quod haec celerius quam alia conuertatur: sic quoque ab horoscopate masculinorum sumunt initium: cum subsolanum id sit. similiter alterum iuxta alterum rursus ordinem componentes.

Antequam de masculinis & foemininis de conuersiuis geniture signis agamus: thema geniture dodecatemorium ut explana non oportet: quando utriusque generis professe promissimus: etiam multa Ptolemei latibula dilucidantur. Coelum itaque singula hora uel minutia horae eiusmodi figuratur themate: quod diuiditur quatuor in tractus quos diuidit horizon atque meridianus. singulus horum tractuum tris in portiones secatur: gemina sectione facta supra ipsum: iuxta numerum ascensionum ascendens in sphaera recta. quare ratione fit ut totum coelum in duodecim interualla secetur: quae domicilia uocantur. uerbi causa sit horizon regionis. A. B. C. D. intersecans punctum zodiaci qui est in contractu ortus regionis & in contractu occasus: qui intersecet meridianum regionis. N. O. P. Q. super polos mundi: constat hos circulos coelum quatuor in tractus secare: uidelicet. D. A. & A. B. & B. C. & C. D. qui interdum quidem aequales sunt: quoties caput Arietis uel Librae horoscopate: frequenter uero inaequales: horoscopantibus aliis. Vterius linea equinoctii. N. O. & linea. O. P. diuidatur in punctis. L. M. & C. F. diuisione uidelicet per partes aequales: quae partes

horae aequales uocantur. trahanturque usque ad opposita puncta. H. G. atque I. K. intelligendo circulos magnos transeuntes per dictas diuisiones atque polos mundi. erit tunc quilibet zodiaci portio inter singulos duos circulos proximos domicilium unum. haec iuxta Ptolemeum in tertio Apotelesmarum. Hunc modum constituendi thema: Ioannes Montiregi: qui nostra temporibus clarissimus excipitur: multis captionibus enititur capere. Verum quia nos eruditiones facimus: quandoque suas rationes elidemus si uita producat & in speculationibus scribere ausi erimus. Nunc uero pro iunioribus crassiuscula haec eruditio satis. Sunt qui Coeleste thema hunc in modum describunt: sic eni figuratum facile capitur. continet quoque duodecim domicilia: uti primum. Circa itaque praesens thema quid sint cardines primo aperiamus. Cardines qui graece sunt centra aut goni: quatuor sunt: Ortus qui graece est anatole: Culmen sive medium coelum quod graece est mensura: Occasus qui est dyliis: Imum sive subterraneum quod contra coeli medium collocatur: quod graece est antimesurans. Distat occasus ab ortu horis temporariis duodecim semper: quando cuiuslibet die spatium duodecim in horas temper secetur: qua ratione fit ut haec inaequales habeantur: cum nunc innumerantur quando dies minusculi efficiuntur: nunc in crescant: quum minusculi. Quae ratio docet Culmen ab ortu quatuor temporariis horis distat: Ortum ab Imo etiam totidem: ab Imo Occasum totidem: ab Occasu Culmen totidem. nisi quod tractus qui supra terram sunt: horis temporariis diuisis distant quatuor: qui sub terram: nocturnis. fit propter haec manifestum singulorum domicilii spatium esse horarum temporariarum diuisum: supra terram quidem diurnarum: sub terram nocturnarum. De horis temporariis & aequalibus alias dicemus. haec de positura cardinum. Et de signis cuspidantibus: sive cardinalibus: sive culminantibus agamus. Est itaque primum & primum illud quod horosco-

Monte Regii
hic: a sicut
ssano: o
sine dem

Ortus T
Culme M.C.
3 7 domus
4 4 domus
h. Feperarij
a 6 occasu ad
u. u. 12 domus
qua
Cul me distat
a 6. ca. 12

